17. Hispanis dimissis, Hispania Hasdrubali tradita, Africa curata, legatis e Gallia reversis Carthagine nova usque ad Rhodanum iter facit 3, 33, 5—35, 8; 39, 6ss.; 40, 1; 41, 7. 5, 1, 3. 11, 2, 2. tabulam ab eo prope Lacinium positam sequitur Polybius de eius militibus 3, 33, 17s.; 56, 4. Rhodanum transit 3, 42, 1—47, 1. eius equites cum equitatu P. Cornelii pugnant 3, 44, 3; 45, 2ss. Alpes superat 3, 47, 1—56, 2. 34, 10, 17 [fr. 162b]. iter inde a Carthagine nova usque in Galliam cisalpinam (eius descriptio 3, 39, 6—12) quinque mensibus conficit 3, 56, 3. copiarum fere dimidium in hoc itinere amittit 3, 60, 5. militibus recreatis Taurinos subigit 3, 60, 7—10. miratur, quod P. Cornelius prope Padum sit 3, 61, 1—4. P. Cornelius miratur, quod is Alpes superaverit 3, 61, 5s. captivorum spectaculo suos ad fortitudinem incitat 3, 62, 1—14. ad Ticinum vincit P. Cornelium 3, 65, 1—11; 66, 3—11. 5, 29, 7. 10, 3, 3. Galli ad eum deficiunt 3, 67, 1ss. ad Trebiam cum Ti. Sempronio eius equites ancipiti Marte pugnant 3, 68, 1—69, 14. eundem ad Trebiam vincit 3, 70, 1—74, 11. omnes Galli ad eum deficiunt 3, 75, 2. in Gallia cisalpina hibernans captos sociorum Romanorum sine pretio dimittit 3, 77, 3—7. quomodo insidias Gallorum fugerit 3, 78, 1—4. in Etruriam per paludes profectus C. Flaminium ad lacum Tarsumennum vincit 3, 78, 5—85, 10. 5, 101, 3. 6. socios Romanorum captos sine pretio dimittit 3, 85, 3s. per Maharbalem C. Centenium vincit 3, 86, 1—6. ad oram maris Adriatici copias reficit 3, 86, 8—87, 3; 88, 1s. Afros Romanorum more armat 3, 87, 3; 114, 1. 18, 28, 9. de victoriis Carthaginem nuntios mittit 3, 87, 4s. per totum iter agros vastat 3, 88, 3—6. Cunctatorem ad pugnam elicere non potest 3, 89, 1ss. Apennino superato Samnium vastat 3, 90, 1ss. Campaniam vastat 3, 92, 1ss. a Cunctatore inclusus dolo effugit 3, 93, 1—94, 7. castra ad Gerunium facta defendere vix potest contra M. Minucium 3, 100, 1—102, 12. 5, 108, 9. M. Minucium ab eo paene victum Cunctator servat 3, 104, 1—105, 11. pugna Cannensi Varronem et Paullum vincit 3, 107, 1—118, 1. 5, 110, 10. Magnae Graeciae dominus fit, Tarentini se ei tradunt, Arpani et Campanorum nonnulli eum advocant 3, 118, 3. Romani timent, ne ad Romam brevi adsit 3, 118, 5. captivorum legatos Romam mittit 6, 58, 2—13 cum ann. Capuam arcessitur, Petelinos fame expugnat 7, 1, 1—4. cum eo per legatos Hieronymus, Syracusarum rex, agit 7, 2, 1ss.; 4, 1ss. eius foedus cum Philippo III. 7, 9. 9, 22, 5. Tarentum urbem capit, arcem capere non potest 8, 24, 4—34, 13. obsidet Appium Claudium Capuam obsidentem 9,

Hosted by Google

3, 1 ss. Roma frustra petita Rhegium abit 9, 4, 6—7, 10. 15, 7, 3. Capuam et Romam capere nequit a fortuna victus 9, 8, 1—9, 10. bellum in Italia, Hispania, Sicilia, Graecia, Illyria eius unius consilio administratur 9, 22, 1—6. in brevem angulum Bruttii agri inclusus 11, 6, 1. 15, 1, 11. ingens numerus bello captorum ab eo venumdatorum 19, 1, 2. in Africam revocatur 14, 9, 7 ss. eo freti Poeni indutias frangunt 15, 1, 10; 2, 3. Tychaeus ei 2000 equitum auxilio mittit 15, 3, 5—7. ab Adrumeto ad Zamam proficiscitur 15, 5, 1—3. eius colloquium cum Scipione maiore 15, 5, 8—10; 6, 1—9, 1. ab eodem victus 15, 9, 2—16, 6. Adrumetum fugit 15, 15, 3. Poenis pacem a Scipione propositam suadet 15, 19, 2—9. cf. 18, 37, 3. cur Romanos vicerit et cur tandem victus sit 18, 28, 6—9. ei par Scipio 18, 28, 8. a Marcello non victus fr. 9. Antiochus III. iubetur eum Romanis tradere 21, 17, 7; 43, 11. cf. 3, 11, 1. apud Gortynios, ut videtur fr. 233. moritur eadem olympiade qua Philopoemen et Scipio maior 23, 13, 1 ss. eius natura et virtus imperatoria 3, 11, 5 ss.; 77, 6 s.; 86, 11. 9, 3, 9; 22, 1—26, 11. 10, 33, 1—3. 11, 19, 1—7. 15, 15, 2—16, 6. 18, 28, 6—9. 23, 13, 1 et 2; 14, 12. — 3, 27, 10; 36, 1; 64, 8; 91, 1; 96, 9; 97, 3; 98, 1; 106, 6. 4, 1, 1; 28, 2. 5, 33, 4. 10, 37, 5. 11, 3, 6. 13, 4, 7. 14, 6, 10. 15, 4, 12; 5, 7. 16, 23, 4. 39, 8, 5. fr. 179. *Ἀννιβιακός* 1, 3, 2. 2, 37, 2; 71, 9. 3, 1, 1; 2, 1; 32, 7; 95, 7. 6, 11, 1; 51, 3.

Ἀννίβας, -ου 6. *ὁ Μονομάχος ἐπικαλούμενος*, Hannibalis 5. amicus, eum ad crudelitatem commovet 9, 24, 4—8.

— 7. Poenus trierarchus ab Hannibale 5. ad Hieronymum et ab hoc Carthaginem missus 7, 2, 3—6; 4, 1—3.

Ἄννων, -ωνος 1. dux Poenorum Herbessum capit 1, 18, 8 s. ad Agrigentum a Romanis victus 1, 19, 1 ss.; 27, 5. praeest dextro cornu in proelio navali ad Ecnomum facto 1, 27, 5—28, 14. classi praef. a Catulo ad Aegussam victus 1, 60, 1 ss. in Sardinia a mercennariis cruci affixus 1, 79, 3 s. eius f. *Ἀσδρούβας* 1. 1, 30, 1.

— 2. Poenis Libyam prope Hecatontapylon subicit 1, 73, 1. Poenorum dux in Libya, solitus cum Numidis et Afris pugnare, subiectos dure tractat et imperite omnia administrat 1, 67, 1; 74, 7; 72, 3; 74, 1 ss. pugnarum in Sicilia factarum expers 1, 67, 12. mercennarios Africae frustra sedare studet 1, 67, 1—13. dux contra mercennarios factus 1, 73, 1. Uticenses, quos adiuvat, paene perdit ignavia 1, 74, 1—12. eadem ignavia occasionem superandi mercennarios neglegit 1, 74, 13 s. cum Hamilcare 2. bellum contra mercennarios gerit 1, 81, 1; 82, 1. discordia facta cum Hamilcare imperium deponit 1, 87, 3. imperio iterum

Hosted by Google

accepto cum eodem bello finem imponit 1, 87, 3—88, 4.

Ἄννων, -ωνος 3. Hispaniae citeriori praef. ab Hannibale 5. 3, 35, 4 s. a Cn. Cornelio Scipione 3. captus 3, 76, 5 s.

— 4. ὁ Βοδμίλκου (quod v.) τοῦ βασιλέως, Hannibalis dux 3, 42, 6; 114, 7.

Ἀντάλκας, -ου Cydae Gortynii pater 22, 15, 1.

Ἀνταλκίδας, -ου. eius pace facta iisdem temporibus, quibus Galli Romam tenebant, Asiae urbes Graecae Persis traditae sunt 1, 6, 2. 6, 49, 5. post eam pacem Lacones harmostas ex urbibus, quibus libertas concessa est, non revocarunt 4, 27, 5.

Ἀντάνωρ Eleus a Lyco captus 5, 94, 6.

Ἀντήνωρ, -ορος Persei legatus ad Rhodios 27, 4, 3—10; 14, 1—3.

Ἀντιᾶται, Latii populus, primo et secundo foedere Poenorum cum Romanis facto comprehensus 3, 22, 11; 24, 16.

ἡ Ἀντιγόνεια, Epiri urbs, per cuius fauces Epirum intrat Scerdilaidas 2, 5, 6; 6, 6.

τὰ Ἀντιγόνεια, sollemnia, de quibus Achaei ad Ptolemaeum VII. legatos mittunt 28, 19, 3. Sicyone celebrantur 30, 29, 3.

Ἀντίγονος 1. ὁ μονόφθαλμος. eius pugnae navales 1, 63, 7. Syriam possidet 5, 67, 6. 28, 20, 7. cum eo Ptolemaeus I. bellat, ut Seleuco I. imperium Coelesyriae paret 5, 67, 7. victus Seleuco totam Syriam cedit 5, 67, 8. sub eo Ecbatanensis regia direpta 10, 27, 11. eius bellum de Asia 18, 3, 5.

Ἀντίγονος 2. I. ὁ Γονατᾶς, ὁ Δημητρίου, Macedonum rex, aliis de Achaeorum urbibus praesidia imponit, aliis tyrannos praeficit 2, 41, 10. 9, 29, 5 s. eius conatibus Aratus I. se opponit 2, 43, 9. cum Aetolis Achaeorum foedus evertere studet 2, 45, 1. 9, 34, 6; 38, 9. Acrocorinthus et Megara ei eripiuntur 2, 43, 4 et 20, 6, 8. obit 2, 44, 1.

— 3. II. Doson, tutor Philippi III., regis Macedonum 2, 45, 2. 20, 5, 7. Chryseis eius uxor 5, 89, 7. in Asiam profecturus praeter spem a Neone Larymnae servatur, ita ut iter pergere possit 20, 5, 7—11. propter eius in Achaeos inimicitias ab Aetolis eius amicitia quaeritur 2, 45, 2 s. amicitia cum Achaeis facta, Acrocorintho Macedonibus tradita, societate inter Achaeos, Epirotas, Phocenses, Macedones, Boeotos, Acarnanes, Thessalos inita, Demetrio Phario facto socio (2, 65, 4; 66, 5. 3, 16, 3) Cleomenem III. vincit 2, 47, 5—69, 11. 4, 9, 4; 69, 5. 5, 9, 8; 24, 8. de crudelitate in Mantinenses immerito accusatur a Phylarcho 2, 56, 1 ss. Sparta capta ac pristina reipublicae forma restituta et Brachylla urbis curatore relicto in patriam propter Illyriorum invasionem redit ab Achaeis summiis honoribus affectus 2, 70, 1—6. 4, 16, 5; 22, 4. 5, 9, 8; 34, 2; 35, 8 et 9. 9, 29, 7 ss.; 31, 4 s.; 32, 8; 36, 1—5; 39, 6. 18, 6, 5. 20, 5, 12. Pry-

Hosted by Google

tanin Megalopolitanis constituerat legislatorem 5, 93, 8. eosdem ad proelium Sellasiense clupeis aëneis armaverat 4, 69, 5. Taurionem Peloponneso praefecerat 4, 6, 4. Orchomenum Achaeis non reddiderat 4, 6, 5. Illyrios vincit 2, 70, 6. Rhodiis terrae motum perpessis dona dat 5, 89, 6. obit 2, 70, 6. 3, 16, 3. 4, 1, 9. 5, 34, 2; 35, 2 et 8. testamento sapienter omnia curaverat 4, 76, 1; 87, 6 ss. de Graecis eorumque pace bene meritus 4, 3, 2 et 8; 34, 9. 5, 9, 10. 9, 31, 3; 32, 8; 39, 6. 18, 6, 5. eius natura 2, 47, 5; 70, 7. 4, 87, 6. — 4, 76, 7; 82, 3; 87, 5. 5, 16, 6; 63, 13. 7, 12, 6.

Ἀντίγονος 4., Alexandri 12. f., Perseilegatus Coroneam, Thisbas, Haliartum ad Persei partes traducit 27, 5, 1 ss. cum ann.

(ἡ) Ἀντίκυρα Phocidis oppidum. inde Flamininus Corinthum transit 18, 45, 7. eo vehitur A. Hostilius 27, 16, 6.

ἡ τῶν Ἀντικυρέων πόλις ab Aetolis in servitutem redacta Romanis iuvantibus 9, 39, 2.

ὁ Ἀντιλίβανος mons. inde oritur Orontes 5, 59, 10. inter eum et Libanum situs est Marsyas campus 5, 45, 8 s.

Ἀντίμαχος cum Cyda agit iussus a Perseo 29, 6, 1.

Ἀντίνους Epirota Molossus in Epiro rempublicam gerit 27, 15, 7. Persei socius obit 30, 7, 2 s.

Ἀντιόχεια 1. ἡ ἐν Μυγδονίᾳ 5, 51, 1.

— (ἡ) urbs ad Orontem sita 5, 59, 10. Antiochi III. sedes 5, 43, 4; 87, 1. Lysiae 2. sedes 31, 7, 2. Demetrii 4. sedes 31, 33, 1. — 5, 60, 4. (οἱ) Ἀντιοχεῖς 5, 59, 5. 8, 17, 11.

Ἀντιοχίς, soror Antiochi III., uxor Xerxis 2. 8, 23, 5.

οἱ Ἀντιοχισταί Antiochi III. factio Phocaeensis 21, 6, 2.

Ἀντίοχος 1. I. ὁ Σελεύκου, Syriae rex, Stratoniceam Rhodiis dat 30, 31, 6.

— 2. II., Syriae rex, maritus Berenicae fr. 73.

— 3. Hierax, Antiochi 2. f., in Thracia obit 5, 74, 4. eius amicus et hospes Logbasis ibid.

— 4. III. ὁ Μέγας ἐπικληθείς (cf. 20, 8, 1), Syriae rex, Seleuci τοῦ Καλλινίκου καὶ Πώγωνος ἐπικληθέντος filius natu minor, Seleuco Cerauno fratri succedit, vita antea acta in Asia superiore 2, 71, 4 et 6. 4, 2, 7; 48, 6—10. 5, 34, 2; 40, 5 s; 89, 8. 39, 8, 5. eius soror Antiochis 8, 23, 5. eius ἀδελφιδοῦς Antipater 2. 5, 79, 12; 87, 1. 21, 16, 4. eius affinis Achaeus 4, 48, 5. eius uxor Laodice, Mithridatis IV. filia 5, 43, 1. 50 annos natus in matrimonium ducit Euboeam Olymp. 147, 1. 20, 8, 1 ss. Laodice ei filium parit 5, 55, 4. Demetrio, Euthydemi f., promittit se unam de filiabus daturum esse in matrimonium 11, 34, 9. duos eius filios participes fuisse pugnae Paniensis narrat Zeno, cum unus fuerit 16, 18, 5 s.; 19, 8 s. et 16, 18, 6 et 8; 19, 10. Eumeni frustra promittit filiam suam 21, 20, 8. Cleopatra eius filia uxor Ptolemaei V. 28, 20, 9. Seleu-

Hosted by Google

cus IV. eius f. 18, 51, 8. Antiochi IV. eius f. 28, 20, 8. Propter aetatem eius omnia sunt penes Hermeam 5, 41, 1ss.; 45, 7. sub eo contra Molonem ab Hermea Xeno et Theodotus hemiolius mittitur 5, 42, 5. ab eodem Xenoeta summo cum imperio contra Molonem misso ipse bellat de Coelesyria cum Ptolemaeo IV. 5, 45, 8—46, 5. Cf. 1, 3, 1. 2, 71, 9. 3, 1, 1; 2, 4. 4, 2, 11. 5, 1, 5; 29, 8; 31, 1; 37, 5; 40, 2s. nuntio de victoriis Molonis accepto ipse Molonem aggressus vincit 5, 46, 5—54, 13. Artabazanen subigit 5, 55, 1—10. eo conscio Hermeas necatur 5, 56, 1—14 Achaeum vituperat, quod diadema sibi imposuerit et societatem fecerit cum Ptolemaeo IV. 5, 57, 1—8. bello de Coelesyria cum Ptolemaeo IV. redintegrato ad Rhaphiam victus Coelesyria et Phoenicia cedere cogitur 5, 58, 1—63, 6; 66, 1—68, 1; 68, 7—71, 12; 79, 1—87, 7; 105, 3. societate cum Attalo I. facta Achaeum vincit ac necat arceque Sardia potitur 5, 87, 8; 107, 4; 109, 5. 7, 15, 1—18, 10. 8, 15, 1—21, 11. Xerxi, Armosatae regi, in regno confirmato Antiochidem sororem in matrimonium dat 8, 23, 1—5. contra Arsacem per Mediam et Parthiam expeditionem facit in Hyrcaniam 10, 27, 1—31, 15. inde Bactriana petita Euthydemum vincit 10, 49, 1—15. 11, 34, 1—10. tum Indiam ingressus amicitia cum Sophagaseno renovata per Arachosiam, Drangenen, Carmaniam profectus hibernat in Carmania 11, 34, 11—15. tum dignus videtur, qui Asiae et Europae sit dominus 11, 34, 16. Gerrhaeis libertate concessa Seleuciam 2. redit 13, 9, 4s. cum Philippo III. coniunctus contra Ptolemaeum V. feliciter pugnat 3, 2, 8. 15, 20, 1—8; 25, 13 et 17; 25, 34. 16, 18, 2—19, 11; 22ª, 1ss.; 27, 5; 39, 3ss. 28, 1, 3; 20, 8. Eius foedus cum Attalo I. 21, 17, 6. eius belli cum Romanis gesti causae et initium 3, 3, 3s.; 6, 4s.; 7, 1—3; 32, 7. 18, 39, 1ss. cum Europam tendere videatur a Syria, Romanis suspectus est 18, 39, 3; 43, 2; 45, 10. Rhodii impediunt, ne eius classis praetervehatur 18, 41ª, 1. Ephesi capiendae studiosus 18, 41ª, 2. eius legatis Flamininus et X legati dant mandata 18, 47, 1—4. Ephesum aliasque Graecas Asiae urbes capit 20, 11, 2. 21, 13, 4; 14, 2. Lysimachiae cum Romanorum legatis frustra agit 18, 48, 3s.; 49, 2—52, 5. Hannibal ad eum venit 3, 11, 1ss. frustra studet foedus facere cum Eumene 21, 20, 8. ab Aetolis arcessitus Demetriadem venit 3, 3, 3; 6, 4; 7, 1—3. quattuor mensibus ante Romanorum transitum in Graeciam Achaei ei auctore Philopoemene bellum indicunt 39, 3, 7s. 20, 3, 5. Ariarathes V. eius socius 21, 41, 4. triginta apocleti ei ab Aetolis adiunguntur 20, 1, 1. cum Boeotis per legatos agit 20, 1, 2. Chalcide ad Epirotas

Hosted by Google

legatos, ad Eleos auxilia mittit 20, 3, 1—7. Boeoti eum comitantur Thebas 20, 7, 5. Chalcide hibernans Cleoptolemi filiam, post nominatam Euboeam, in matrimonium ducit 50 annos natus 20, 8, 1 ss. eius clades ad Thermopylas 20, 8, 6. cum Euboea Ephesum fugit 20, 8, 5. per Nicandrum propensum suum in eos animum Aetolis nuntiat 20, 10, 16. pugna navali victus 21, 2, 1. Philippus III. in eius bello fidem servat Romanis 21, 3, 3. ei Aetoli nuntiant suas indutias cum Romanis factas et terrestrem Scipionum ad Hellespontum expeditionem 21, 8, 3. Pergameno agro capto ad Elaeam frustra de pace agit cum L. Aemilio Regillo, Eumene, Rhodiis 21, 10, 1—12. agrum Elaeensem et Thebanum vastat 21, 10, 13 s. Sardes profectus Prusiam ad societatem trahere non potest 21, 11, 1—12. Ephesi versatur ad pugnam navalem paratus 21, 11, 13. pugna navali victus Sardibus versatur indeque per Heraclidem 2. cum Scipionibus frustra agit de pace 21, 13, 1—15, 13. initio belli Scipionis maioris f. ceperat 21, 15, 3. a Scipionibus victus (21, 18, 1; 25, 8; 41, 2) pacem impetrat 21, 17, 11; 18, 1; 24, 6—8; 26, 1—12; 41, 3; 43, 1—27; 44, 1 s.; 46, 1—11. 25, 4, 5. ante pacem factam ab eo Scipio maior pecuniam accipit ad stipendium militibus solvendum 23, 14, 7 ss. Pergae praefecto concedit, ut urbem Cn. Manlio Vulsoni tradat 21, 42, 1—5.

Audacissimus rex fit aetate progrediens debilior 15, 37, 1 et 2. ebriosus 20, 8, 2. — 4, 51, 3. 5, 31, 8; 48, 17; 73, 4; 105, 7. 21, 4, 5. 28, 4, 11. 29, 6, 4. Ἀντιοχικός 3, 32, 7. 22, 1, 2; 4, 4; 5, 2; 6, 3. 24, 11, 3. 30, 5, 12. 39, 3, 6.

Ἀντίοχος 5. IV. ὁ κληθεὶς Ἐπιφανής, Syriae rex 3, 3, 8. potius Ἐπιμανής dicendus 26, 1ª, 1 s. 1, 1—14. Antiochi III. f. 28, 1, 3; 20, 8. Seleuci IV. frater minor 31, 2, 1 ss. eidem succedit 31, 2, 2 et 4; 13, 3. eum participem fuisse pugnae Paniensis narrat Zeno 16, 18, 6 et 8; 19, 10. ad eum Perseus mittit Diophanem legatum 27, 7, 15. Cf. 28, 17, 5. Telemnastus a Perseo ad eum de societate missus 29, 4, 8 s. eius bellum de Coelesyria et Aegypto 3, 3, 8. 27, 19, 1—20, 3. 28, 1, 1—9; 17, 5 s. et 15; 18—23. 29, 2, 1 ss.; 25, 3 s.; 26, 1—27, 13. 30, 16, 1. eius regnum vix ullam necessitudinem habet cum Achaeis, etsi ipse liberalis est erga Graecos 29, 24, 10 ss. ludos L. Aemilii Paulli magnificentia superare vult 30, 25—26. qualem se praebuerit in his conviviis 30, 26, 4 ss. ex iis divitiis, quas Ptolemaeo Philometori abstraxerat et ex sacrilegio collegerat, ludos et convivia ea parat 30, 26, 9. a Romanis alienissimus fallit Ti. Sempronium Gracchum legatum 30, 27, 1—4; 30, 7. dicitur cum Eumene rem habere 30, 30, 4 s. eum Prusias II.

Hosted by Google

et alii Romae calumniantur 31, 1, 3. Romani ad eum suspectum legatos mittunt 31, 1, 6—8. in expeditione adversus Dianae templum in Elymaide situm Tabis obit 31, 9, 1—4. Alexander Balas et Laodice simulant se esse Antiochi IV. liberos 33, 18, 6 ss. eius natura 26, 1, 1 ss. 28, 18. — 33, 18, 9.

Ἀντίοχος 6. V. Syriae rex, Antiochi IV. f. 31, 11, 8. ei Romani regnum firmant 31, 2, 6 ss. eius opes iidem per legatos imminuunt 31, 2, 9 ss. eius legati a Lysia missi, ut probarent regis amicos caedis Cn. Octavii conscios non fuisse, sine responso a senatu dimittuntur 31, 11, 1 ss. (v. Λυσίας 2.)

— 7. Antiochi III. filius maior apud Zenonem 16, 18, 5 s.; 19, 8.

Ἀντιπάτρεια, Dassaretidis urbs, a Scerdilaida capta, a Philippo III. recuperata 5, 108, 2 et 8.

Ἀντίπατρος 1. Philippi II. amicus ab illo iussus Atheniensium ossa post pugnam Chaeronensem Athenas defert 5, 10, 4 saevit in Graecos pugna Lamiensi victos 9, 29, 1 ss. contra eum Aetoli soli pro securitate eorum, qui opprimuntur, oculos attollunt 9, 29, 4; 30, 3. de eo eiusque successoribus et amicis turpiter iudicat Democharis 12, 13, 7 ss.

— 2. Antiochi III. ἀδελφιδοῦς 5, 79, 12; 87, 1. 21, 16, 4. equitum eiusdem dux 5, 79, 12; 82, 9. eiusdem legatus de pace ad Ptolemaeum IV. post pugnam Rhaphiensem 5, 87, 1 et 4. eiusdem dux Tarentinorum in pugna Paniensi 16, 18, 7. eiusdem legatus de pace ad Scipiones et Romam 21, 16, 4—9. 21, 24, 1—3 et 10—15.

Ἀντίπολις, Massiliensium colonia, a Liguribus obsessa 33, 8, 1 s.

Ἀντιφάτας, Telemnasti f., Gortynius, Cretensium legatus ad Achaeos auxilium orat ad bellum Rhodiorum 33, 16, 1 et 4—6.

Ἀντίφιλος Prusiae II. legatus Romam missus post regis expeditionem in Attali II. fines 32, 16, 4.

M. Ἀντώνιος tribunus pleb. praetorem Rhodiorum bellum populo suadentem de rostris detrahit 30, 4, 4 et 6. Rhodios introducit in senatum 30, 4, 6.

(ἡ) Ἀπάμεια 1. Syriae urbs. eo coguntur Antiochi III. copiae 5, 45, 7; 50, 1; 58, 2. eius arcis custos Alexis 5, 50, 10. inde Antiochus III. cum exercitu proficiscitur 5, 59, 1. ibi Hermae uxor et filii necantur 5, 56, 15. eo iubetur Antiochus III. in pace cum Romanis facta remittere omnes milites ex urbibus, quas Romani regi auferunt 21, 43, 8. elephantos Antiochi III. ibi habitos rex pacis formula iubetur tradere Romanis 21, 43, 12.

— 2. (ἡ) Phrygiae urbs. eo venit Cn. Manlius Vulso 21, 41, 9 et 12. ibi idem cum Eumene et X legatis pacem constituit cum Antiocho III. faciendam 21, 42, 6—43, 27. ibi idem cum X legatis decernit de Asiae rebus 21, 46, 1—12.

Hosted by Google

οἱ Ἀπασιάκαι Nomades inter Oxum et Tanaim (= Iaxartem, v. Τάναϊς) incolentes, quomodo siccis pedibus cum equis per Oxum in Hyrcaniam transeant 10, 48, 1—8.

Ἀπατούριος Gallus necat Seleucum III. et ipse ab Achaeo necatur 4, 48, 8 s.

τὸ Ἀπέλαυρον, mons, Stymphaliorum urbi praeiacet stadiorum fere X intervallo 4, 69, 1.

Ἀπελλῆς, -οῦ 1. cum Achaeis in castris Antigoni II. 4, 76, 7. tutor Philippi III. 4, 76, 1; 87, 8. Achaeos in servitutem redigere studet refragantibus Philippo III. et Arato I. 4, 76, 1—9. Aratos apud Philippum III., quem fere regit, calumniatur 4, 82, 2 ss.; 84, 1 ss. 5, 1, 7. ei non ita confidit Philippus III. 4, 86, 8. 5, 1, 8 s. Taurionem apud Philippum III. calumniatur 4, 87, 1 ss. omnia ad se rapere studet 4, 87, 8 ss. cum Leontio et Megalea coniurat contra Philippum III. 5, 2, 8; 4, 10; 14, 11; 16, 6 et 9; 26, 2 ss. eum Corinthum arcessit Philippus III. 5, 26, 16 ss. Corinthi custodiae traditur, ubi ipse, filius, amasio obeunt 5, 27, 3 ss.; 28, 5 et 8; 29, 3.

— 2. Philippi III. amicus 22, 14, 7. una cum Demetrio 3. eundem Romae defendit 23, 1, 5; 2, 4.

ὁ Ἀπεννῖνος s. τὰ Ἀπεννῖνα ὄρη. eius montis situs 2, 14, 8 ss.; 16, 1 ss.; 17, 7. 3, 110, 9. Umbri et Sarsinates eum incolunt 2, 24, 7. eo superato Hannibal 5. in Samnium transit 3, 90, 7. eum solus Aufidus permeat 3, 110, 9. Q. Opimius per eum profectus ad Oxybios venit 33, 10, 1.

ἡ Ἀπεράντεια, πόλις Θεσσαλίας 20, 11, 12. ab Aetolis subacta 21, 25, 3 et 5 cum ann.

Ἀπῆγα 1. Nabidis tyranni uxor 13, 7, 2 et 6. Argis pecunias per vim capit 18, 17, 2 ss.

— 2. nomen machinae ab Nabide factae ad extorquendam civibus pecuniam 13, 7, 2 et 6.

τὸ Ἀπίας πεδίον Mysiae ab Attalo I. vastatur 5, 77, 9.

ὁ Ἄπις τῆς Λιβύης 31, 17, 8; 18, 3.

τὸ τῶν Ἀποδωτῶν ἔθνος Aetolicum, non Graecum 18, 5, 8.

Λεύκιος Ἀπολήιος Saturninus legatus res Attali II. et Prusiae II. inspecturus 32, 16, 5.

Ἀπολλόδωρος 1. Cassandreae tyrannus crudelissimus, quocum immerito comparatur Hieronymus, Syracusarum rex 7, 7, 1 ss.

— 2. ab Antiocho III. Susianae praeficitur 5, 54, 12.

— 3. Philippi III. scriba adest eius colloquiis cum Flaminino habitis 18, 1, 2; 8, 7.

— 4. Boeotorum legatus ad Messenios 23, 16, 4 s.

— [5. Atheniensis chronographus fr. 68.]

Ἀπολλοφάνης, Antiochi III. medicus Seleuciensis. eo conscio rex curat Hermeam interficiendum 5, 56, 1 ss. regi persuadet, ut Seleuciam aggrediatur 5, 58, 3 ss.

Hosted by Google

Ἀπόλλων testis iurisiurandi Poenorum et Macedonum 7, 9, 2. eius templum omnium clarissimum Amyclis 5, 19, 3. eius templum Thermi a Philippo III. vastatum 11, 7, 2. eius templum Delphis 39, 6, 1. eius τοῦ Κυννείου templum prope Temnum situm Prusias II. vastat 32, 15, 12. eius statua in foro Sicyonis 18, 16, 2. eius sacrum agrum Sicyoniis Attalus I. redimit 18, 16, 1. Ἀπόλλωνος Ταχίνθου s. Ταχίνθου tumulus ad Tarentum 8, 28, 2. v. Κάρνιον.

(ἡ) Ἀπολλωνία s. ἡ τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλις 1. Illyrici urbs, prope quam Aous flumen 5, 110, 1. ab ea urbe in Macedoniam est Ignatia via 34, 12, 2ª et 5. eius urbis incolae contra Illyrios ab Achaeis et Aetolis auxilium petunt 2, 9, 8. iidem se dedunt Romanis 2, 11, 6 ss. ibi terror incidit panicus classem Philippi III. Italiam petituram 5, 109, 6; 110, 3. in foedere Hannibalis cum Philippo III. facto imperatur, ne Romani eius urbis domini maneant 7, 9, 13. Ἀπολλωνιᾶται 2, 9, 8. 7, 9, 13.

— (ἡ) 2. Assyriae urbs. eo venit Antiochus III. in expeditione Moloniaca 5, 52, 3 et 7. ἡ Ἀπολλωνιᾶτις (χώρα). ea potitur Molo 5, 43, 8; 44, 6; 51, 8. in ea Molo victus ab Antiocho III. 5, 52, 5 ss.

(οἱ) Ἀπολλωνιᾶται, incolae urbis Cretensis, contra quos perfidissime se gerunt Cydoniatae foederati 28, 14, 1—4.

Ἀπολλωνίδας 1. Sicyonius Achaeos hortatur, ut Eumenis dona reiciant 22, 8, 1—8. Achaeorum legatus Romam missus contra Caecilium et de rebus Laconum 22, 11, 6—12, 10. ad concilium Lycortae, Polybii, Archonis adhibitus censet Romanis ex professo non esse adversandum 28, 6, 6.

— 2. Laco, δοκιμαστήρ, a Chaerone necatur 24, 7, 6.

Ἀπολλωνίδης Clazomenius legatus ad Ptolemaeum VII. 28, 19, 5.

Ἀπολλώνιος 1. Clazomenius legatus ad Ptolemaeum VII. 28, 19, 5.

— 2. vir apud Seleucum IV. plurimum valens Miletum se confert regno ad Antiochum IV. translato 31, 13, 3. Meleager et Menestheus eius f. 31, 13, 2 ss.

— 3. cum Demetrio, Seleuci IV. f., educatus eiusque amicus ei suadet, ut senatum adeat de concedendo reditu in patriam 31, 11, 6 ss. fugae a Demetrio paratae particeps 31, 13, 2 ss.

Ἀπολλωνίς Cyzicena, plebeia, Attali I. uxor, mater IV filiorum, ab Attalo II. et Eumene filiis pie culta, paullo post maritum obit, vehementer laudata 22, 20, 1—8.

Πόπλιος Ἀπούστιος legatus ad Ptolemaeum VII. nuntiaturus Romanorum cum Ptolemaeo VI. amicitiam esse solutam 31, 20, 4.

Ἄππιος, v. Κλαύδιοι.

ὁ Ἄπρων, -ωνος ποταμός in finibus Oxybiorum 33, 10, 2.

Hosted by Google

οἱ Ἀπτεραῖοι Cretenses. a Polyrrheniis et Lappaeis et eorum sociis coguntur Cnosiorum societate reiecta secum facere 4, 55, 1—4.

(οἱ) Ἄραβες prope Rhabbatamana ab Antiocho III. subacti 5, 71, 4 ss. eiusdem milites 5, 79, 8; 82, 12; 85, 4. ἡ Ἀραβία 5, 71, 4. v. Γερραῖοι.

Ἀράδιοι, Phoenices urbis incolae, in quorum finibus Marathus sita est, in societatem ab Antiocho III. accepti, discordia inter incolas insulae et continentis soluta 5, 68, 7.

ὁ Ἄραξος Achaiae promunturium 4, 59, 4; 65, 10.

ὁ Ἀρατθος ποταμός prope Ambraciam 21, 26, 4.

Ἄρατος I. 1. ὁ πρεσβύτερος 4, 67, 8; 85, 4. 5, 1, 9. 8, 12, 2. Sicyonius 2, 40, 2; 43, 3. 24, 6, 3. auctor concordiae Peloponnesiorum 2, 40, 2. Sicyona, Corinthum, Acrocorinthum, Megara Achaeis attribuit, Macedonibus et Aetolis se opponit 2, 43, 1—10. 4, 8, 4. 10, 22, 3. tyranni Peloponnesi et morte Demetrii II. et metu eius moti tyrannides deponunt 2, 44, 3 ss. Argos, Aristomachi urbem, capere non potest 2, 59, 7 ss. quarto anno ante Antigoni II. adventum Argos capit 2, 57, 2; 53, 2. Mantinenses in Achaeorum societatem recipit 2, 58, 1 ss. cum Antigono II. foedus clam facit 2, 47, 5 ss.; 48, 8 ss; 49, 9 ss.; 50, 1 ss.; 52, 6 ss. Acrocorinthum eidem tradit 2, 52, 4. Argos capit 2, 53, 1 s.; 59, 8. Phylarchus eum immerito accusat de crudelitate in Mantinenses et Aristomachum 2, 56, 1—14; 59, 1 ss. praetor electus quinque diebus ante sollemne tempus magistratu inito Messenios iuvat contra Aetolos 4, 6, 7—7, 11; 9, 7 ss. ad Caphyas ab Aetolis victus 4, 10, 1—12, 14. hac de re accusatus absolvitur 4, 14, 1—9. Philippum III. habet belli socialis socium eumque paene regit 4, 19, 1; 24, 3; 67, 8; 76, 8. ei succedit filius 4, 37, 1. apud Philippum III. Apelles eum et filium paene frustra calumniatur 4, 82, 2 ss.; 84, 1 ss.; 85, 1 ss.; 86, 1 ss.; 87, 1. Aratorum potentia apud Philippum III. 5, 1, 7 s. Leontio se opponit 5, 5, 8 ss.; 7, 4 ss. Philippi III. sceleris Thermi facti non est auctor 5, 12, 5 ss. 7, 13, 5 ss. insidiae ei a Leontio et Megalea parantur 5, 15, 3—16, 10. eo adiutore Lycurgus 2. a Philippo III. victus 5, 23, 7. eundem semper fere comitatur 5, 26, 6. idem apud eum Sicyone divertit 5, 27, 3. praetor creatus post Eperatum 5, 30, 7; 91, 1 et 4. exercitum et naves diligenter parat 5, 91, 4—8. Lycurgi et Pyrrhiae incursionem in Messeniam impedit 5, 92, 3—6. cum Taurione, Messeniis, Achaeis fines contra Eleos, Aetolos, Lacones firmat 5, 92, 7—10. Megalopolitanorum dissidia sedat 5, 93, 1—10. Argivis metentibus securitatem praestat 5, 95, 5 ss. cum Aetolis pacem facit 5, 102, 3—105, 3. de Ithomata Messeniis reddenda recte suadet Philippo III. 7, 12, 4—10; 14, 2.

Hosted by Google

eundem optime movet, ut et a bello Romanorum cedat et Cretensibus parcat 7, 13—14. non aderat, cum idem in Messenios saeviret 7, 13, 5 ss. Taurionis auxilio a Philippo III. lento veneno sublatus 8, 12, 2—6. mortuus summis honoribus affectus ab Achaeis 8, 12, 7 s. eius statuam a Mummio Polybius impetrat 39, 3, 10. paterno hospitio coniunctus cum Nicophane et Cercida 2, 48, 4. eius amicitia cum Lagidis 24, 6, 6. Achaeorum praetor Cynaetham capere non potuerat 9, 17. eius natura 2, 45, 5; 46, 1 ss.; 57, 8. 4, 8, 1 ss.; 12, 2; 14, 7 s.; 19, 11; 24, 3. 5, 12, 7. 7, 11 et 13. 9, 23, 9. — 5, 28, 9.

Ubi eius historia (τὰ ὑπομνήματα 2, 47, 11. ἡ σύνταξις 1, 3, 2. 4, 2, 1. ὑπομνηματισμοί 2, 40, 4) desinit, Polybii libri incipiunt 1, 3, 2. 4, 2, 1 s. eius historia est vera ac plana 2, 40, 4. nonnulla in eadem consulto omittuntur 2, 47, 11. eandem sequitur Polybius in narrando Cleomenico bello 2, 56, 1 s.

Ἄρατος II. 2. ὁ νεώτερος 4, 37, 3; 70, 2. 5, 1, 1 et 9. 7, 12, 9. superioris f. 2, 51, 5. 4, 37, 1. a patre ad Antigonum II. ad firmandam amicitiam missus 2, 51, 5. praetor creatus 4, 37, 1 ss. ἀτόλμως καὶ νωθρῶς belli utitur rebus 4, 60, 2. cum Philippo III. copias coniungit 4, 70, 2. eidem gratias agit, quod Psophis tribuitur Achaeis 4, 72, 7. praetura se abdicat 5, 1, 1 s. a Philippo III. magni aestimatur 5, 1, 9. eundem vituperat 7, 12, 9. eius amicitia cum Lagidis 24, 6, 6. — 4, 67, 8; 82, 3.

Ἄρατος 3. Sicyonius 24, 8, 8. Arati 2. f. ut videtur 24, 6, 3. ad Ptolemaeum V. legatus 24, 6, 3 ss. Romam legatus de exsulibus Laconum 24, 8, 8. eius maiorum amicitia cum Lagidis 24, 6, 6.

(οἱ) Ἀραυάκαι gens Celtiberica. eorum legati trans Tiberim manere iussi Romae nihil impetrant 35, 2, 3 s.; 2, 13—3, 5 et 9. fecerant cum Ti. Sempronio foedus 35, 2, 15.

ἡ Ἀραχωσία, Asiae regio, per quam Antiochus III. profectus ex India venit in Drangenen 11, 34, 13.

Ἀρβουκάλη, Vaccaeorum urbs Hispaniae ab Hannibale 5. capta 3, 14, 1.

ὁ Ἄρβων Illyrici urbs 2, 11, 15.

οἱ Ἀργεῖοι. in eorum terra Danaus aquarum receptacula instituit 34, 2, 6. Pyrrhi expeditio Argos facta fr. 102. iis Philippus II. attribuit Laconum oppida agrumque 9, 28, 7. 18, 14, 7. eiusdem socii a Demosthene immerito dicuntur proditores 18, 14, 3. Aristomachus eorum tyrannus tyrannide deposita Argos attribuit Achaeis 2, 44, 6. Cleomenes Argos capit, Aristomacho ab Achaeis deficiente 2, 52, 2; 60, 6. Argos Aratus I. capere non potest 2, 59, 7 ss. Argos IV. anno ante Antigoni II. adventum Aratus I. capit 2, 57, 2; 53, 2 et 6. eo proficiscitur Antigonus II. Acrocorintho accepta 2, 54, 1 et 2. ibi hiber-

Hosted by Google

nat Antigonus II. 2, 64, 1 ss. ibi celebrantur Nemea 2, 70, 4. 5, 101, 5. 10, 26, 1. inde domum redit Antigonus II. 2, 70, 5. eorum aliquot urbes capit Lycurgus II. 4, 36, 4 ss. Argis hibernat Philippus III. 4, 82, 1; 87, 13. ibi caedes a Leontio facta 5, 16, 6. per Argos proficiscitur Philippus III. Tegeam 5, 18, 1. per eorum agrum Messenii Laconicam petunt domumque tum redeunt 5, 20, 3 et 10. Tegea per Argos Corinthum petit Philippus III. 5, 24, 10. eorum fines Aratus I. firmat contra Lacones 5, 92, 7 ss. iis metentibus securitatem idem praestat 5, 95, 5. templum Iunonis Argis situm spoliat Pharycus et Polycritus 9, 34, 10. iis imminet Machanidas 10, 41, 2. Argos a Philippo III. repetunt Achaei in colloquiis cum Flaminino habitis 18, 2, 5. idem promittit se hanc urbem Achaeis esse redditurum 18, 6, 8; 8, 9. Argis praeficit Timocratem Nabis 18, 17, 1. ibidem Apega crudelissime quaerit pecunias 18, 17, 2 ss. Argis Megalopolim uno die proficiscitur Philopoemen 23, 12, 2. Argos adit L. Aemilius Paullus 8. 30, 10, 4. Argis Diaeus exercitum parat ad omnes urbes litteris datis 38, 15, 3. Argivi: Aristoteles 2, 53, 2. Aristomachus 2, 59, 1. Polycrates 5, 64, 4. Philodemus 7, 2, 2.

Eorum colonia Iasus 16, 12, 2. item Rhodus et Soli 21, 24, 11. Argos Achaeorum magistratus conveniunt 22, 10, 2. 27, 2, 11. sacerdotes Argivas cum archontibus et Olympionicis comparat secundum ordinem temporum Timaeus 12, 11, 1. — 5, 91, 7. 23, 9, 13.

Eorum urbs: (τὸ) *Ἄργος* 2, 52, 2; 53, 6; 54, 1; 70, 4. 4, 82, 1; 87, 13. 5, 16, 6; 18, 1; 20, 10; 24, 10; 101, 5. 9, 34, 10. 10, 26, 1. 12, 11, 1. 16, 16, 4. 18, 6, 8; 14, 3; 17, 2. 23, 12, 2. 27, 2, 8. 34, 2, 6. 38, 15, 3. fr. 102. *ἡ τῶν Ἀργείων πόλις* 2, 64, 1. 18, 2, 5; 8, 9; 17, 1. 22, 10, 2. 27, 2, 11. 30, 10, 4. eorum terra: *ἡ Ἀργεία* 4, 36, 4. 5, 20, 3 et 4; 95, 5. *ἡ τῶν Ἀργείων χώρα* 2, 64, 1. — *ὁ Ἀργολικὸς κόλπος* 5, 91, 8.

τὸ Ἄργεννον, Ioniae promunturium, ubi Philippus III. post pugnam Chiensem ancoras iacit 16, 8, 2.

Ἄργος Ἀμφιλοχικόν 180 stadiis distat ab Ambracia 21, 30, 12. ibi M. Fulvius agit cum Aetolis 21, 30, 13.

ἀργυράσπιδες milites electi Antiochi III. 5, 79, 4. Antiochi IV. 30, 25, 5.

ἀργυρεῖα Hispaniae ad Carthaginem novam 3, 57, 3. 34, 9, 8 ss. eorum inventor Aletes 10, 10, 11.

τὸ ἀργύριον auro decies vilius 21, 32, 8. optimum Atticum ibid. et 21, 43, 19.

ἡ Ἀργυριππανή, Arporum, Apuliae urbis, ager ab Hannibale 5. vastatus 3, 88, 6.

Ἀργυριππανοί Hannibalem 5. arcessunt 3, 118, 3.

ὁ Ἀρδάξανος ποταμός prope Lissum 8, 13, 2.

Hosted by Google

Ἀρδεᾶται, civitas Latina foederibus Romanorum cum Poenis comprehensa 3, 22, 11; 24, 16.

οἱ Ἀρδιαῖοι populus Illyricus a Romanis subactus 2, 11, 10; 12, 2.

Ἄρδυες, Galli prope Rhodanum 3, 47, 3.

Ἄρδυς, Antiochi III. dux in expeditione adversus Molonem facta 5, 53, 2. eiusdem socius in Seleucia capienda 5, 60, 4 ss.

ἡ Ἀρέθουσα, Syracusanus fons, de quo falsa tradit Timaeus 12, 4d, 5 ss.

Ἄρειον πεδίον Thraciae 13, 10, 8.

Ἀρεύς Laco et Alcibiades, exsules veteres Spartanorum, Romae Philopoemenem et Achaeos accusant 22, 1, 9; 11, 7—12, 4. iidem Romae de bonis exsulum queruntur 23, 4, 3.

Ἀρηξίδαμος, Machanidae comes, necatur 11, 18, 3—5.

Ἀριανός, v. Ῥιανός.

Ἀριαράθης 1. IV. Cappadociae rex fit 4, 2, 8. in proverbium abit 21, 40. Antiochi III. socius, quocum Cn. Manlius Vulso de pace Ephesi agit 21, 41, 4 ss. pacem a Cn. Manlio accipit 21, 45. eius et Eumenis legati Romae cum Pharnacis altercantur 24, 1, 1—3. Eumenis socius contra Pharnacem 24, 14, 9 ss,; 15, 1. 3, 3, 6. fr. 112 (v. ad 23, 18, 5). ei bellum infert Mithridates, Armeniae satrapa 25, 2, 11. is et Eumenes cum Pharnace et Mithridate faciunt pacem 25, 2, 1—15. ad eius et Gallograecorum res inspiciendas Romani tres legatos mittunt 31, 2, 9 et 13. eum Romanis esse amicum Ti. Sempronius Gracchus, qui legatus ad eum fuerat, in senatu exponit 31, 3, 4. eius tumulus 31, 7, 4.

Ἀριαράθης 2. V. superioris f. regno Cappadociae suscepto amicitiam cum Romanis renovat 31, 3, 1—5. Romanorum responsum laetus accipit 31, 7, 1. sororis matrisque ossa a Lysia recepta iuxta patris tumulum humat 31, 7, 2—4. in eius controversia cum Gallograecis M. Iunius ei astipulatur 31, 8, 1—3. de eadem re alii Romanorum legati idem decernunt 31, 8, 4 ss. Cn. Octavio Syriam petituro comitatum frustra offert 31, 8, 5 ss. Artaxiam a caede quadam deterret 31, 16, 1. legatos cum corona Romam mittit explicantes, quomodo Ti. Sempronium exceperit et se ipsum Romanis mandatis obtemperaturum 31, 32, 3. legatos cum corona Romam mittit nuntiantes se amicitiam cum Demetrio 4. solvisse; scipione eburneo et sella donatur 32, 1, 1—4. ab Oropherne ope Demetrii 4. regno expellitur 3, 5, 2. Romam venit 32, 10, 1. contra eum Demetrii 4. et Orophernis legati Romae verba faciunt 32, 10, 1—8. ab Attalo II. in regnum reductus 3, 5, 2. 32, 11, 2 s. 32, 12. Prienensibus, cum 400 talenta ab Oropherne deposita ei non tradantur, cum Attalo II. bellum infert 33, 6, 1—9. Demetrius 6. eius f. 33, 12, 1.

Hosted by Google

Attalum II. in bello Prusiae copiis iuvat 33, 12, 1.
Ἀρίβαζος Sardium praef. sub Achaeo 7, 17, 9; 18, 4 et 7. Antiocho III. se dedit 8, 21, 9.
Ἀριδίκης vel potius Ἀριδείκης (v. Ullrichium de Pol. font. Rhod. 75) legatus Rhodiorum ad Byzantios 4, 52, 2 ss.
Ἀρίμινον, Umbriae urbs, ad mare Adriaticum sita non procul a Padi ostio in confinio Galliae et ceterae Italiae 3, 61, 10 s.; 86, 1 s. eo usque veniunt Galli Transalpini 2, 21, 5. eo mittitur L. Aemilius Papus contra eosdem 2, 23, 5. eo conveniunt legiones Sicilienses Ti. Sempronii 3, 61, 10; 68, 13 s. eo mittitur Cn. Servilius contra Hannibalem 5. 3, 75, 6; 77, 2; 86, 1. inde legiones suas idem in Dauniam ducit ad Cunctatorem 3, 88, 8.
ὁ Ἄριος ποταμός haud procul a Tapuria 10, 49, 1 s. prope eum Euthydemus ab Antiocho III. victus 10, 49, 2 ss.
ἡ Ἀρίσβα, urbs in Abydena dicione ab Aegosagis capta, a Prusia I. liberata 5, 111, 5 ss.
Ἀριστaίνετος Ἀνμαῖος dux equitum Achaicorum 11, 11, 7.
Ἀρίστaινος Achaeus legatus Achaeorum ad colloquium Philippi III. habitum cum Flaminino 18, 1, 4; 2, 5; 7, 2. laudatur, quod societatem cum Romanis fecit Philippi III. amicitia reiecta 18, 13, 8—11. Achaeorum praetor Megalopoli in concilio cum legatis Ptolemaei V., Eumenis, Seleuci IV. agit 22, 7, 2—4; 7, 8—9, 14. ad eum ibidem habentem concilium Nicodemus legationem renuntiat 22, 7, 5—7. Achaeorum principes Argos convocat Q. Caecilii causa 22, 10, 1 ss. Caecilio Philopoemenis decretum de Laconibus vituperanti astipulari videtur 22, 10, 3. vulgo suspectus, quod M. Fulvium et Q. Caecilium propter inimicitias in Philopoemenem arcessiverit 22, 10, 14 s. cum Philopoemene comparatur 24, 11, 1—13, 10. eius oratio de sua ratione agendi cum Romanis 24, 12, 1—4.
Ἀρίσταρχος Phocaeensium legatus ad Seleucum IV. 21, 6, 4.
Ἀριστείδης 1. Atheniensis. quomodo rem publicam gesserit 9, 23, 6. eius abstinentia comparatur cum L. Aemilii Paulli 8. 31, 22, 6.
— 2. pictor, cuius Bacchus pictus a militibus Corintho deleta pro nihilo habetur 39, 2, 3.
— 3. Antiochi IV. legatus ad Ptolemaeum VII. 28, 20, 12 s.
Ἀριστογείτων Eleus a Lyco captus 5, 94, 6.
Ἀριστόδαμος Achaeus, Romanorum amicus, legatus ad Xviros in Macedoniam 30, 13, 3—7.
Ἀριστόδημος, Megalopolitanorum tyrannus, ab Ecdemo et Demophane tollitur 10, 22, 2.
Ἀριστοκράτης 1., Arcadum rex, de proditione a suis necatur 4, 33, 6.
— 2. Rhodiorum dux in bello Cretico 33, 4, 1 ss.
(ἡ) ἀριστοκρατία rei publicae forma 6, 3, 5 et 11; 4, 3. quomodo oriatur 6, 4, 8; 8,

Hosted by Google

1 ss. mutatur in oligarchiam 6, 8, 4 ss.

Ἀριστόμαχος 1. Argivorum tyrannus, tyrannis prognatus 2, 59, 1. tyrannidem deponit 2, 44, 3 et 6; 60, 4. mox ab Achaico foedere deficiens Cleomenem sequitur 2, 60, 6. crudelissime saevit in Argivos 2, 59, 7 ss. necatur 2, 60, 7 s. de eius morte multa perverse tradit Phylarchus 2, 59, 1 ss.

— 2. Corinthius Hieronymo regi suadet, ut amicitiam Romanorum teneat 7, 5, 3.

Ἀριστομένης 1. Messeniorum rex, quo regnante cum Laconibus ὁ Ἀριστομένειος πόλεμος geritur 4, 33, 2 ss.

— 2. Acarnan, sub Ptolemaeo IV. Agathoclis adulator, pro eo frustra orat 15, 31, 6—12. fit administrator regni 15, 31, 7. curat Scopam capiendum et necandum 18, 53, 1—54, 6. Dicaearchum necat 18, 54, 7. Agathoclea eius filia 15, 31, 9.

Ἀριστόνικος 1. Ptolemaei V. eunuchus bellicosus 22, 22, 1 ss. eidem milites adducit 22, 17, 6.

— 2. Aegyptius athleta a Ptolemaeo IV., ut videtur, missus ad Olympia a Clitomacho vincitur 27, 9, 7—13.

Ἀριστοτέλης 1. Argivus Argos Achaeis tradit 2, 53, 2.

— 2. Rhodiorum legatus a Romanis societatem non impetrat 30, 23, 2—4.

Ἀριστόφαντος, Acarnanum praetor, copias adiungit Philippi III. exercitui 5, 6, 1.

Ἀρίστων, -ωνος 1. Aetolorum praetor, propter infirmitatem Dorimacho, propinquo suo, belli curam permittit 4, 5, 1; 9, 9. stulte negat bellum esse cum Achaeis 4, 17, 1.

— 2. Megalopolitanus adhibitus ad concilium Lycortae, Archonis, Polybii astipulatur Archoni 28, 6, 2 et 8. Achaeorum legatus ad Ptolemaeos et Antiochum IV. conciliandos 29, 25, 6.

— 3. Rhodius legatus ad Q. Marcium Philippum et C. Marcium Figulum 28, 16, 5 ss.

(οἱ) Ἀρκάδες 1. populus maior Achaeis 2, 38, 3. cum Laconibus maximus populus Peloponnesi 4, 32, 3. propter eorum merita in Messenios temporibus Aristomenis inscriptio in columna ad aram Iovis Lycaei 4, 33, 2 ss. eos immerito dicit Demosthenes proditores 18, 14, 1 ss. Argis per eorum fines proficiscitur in Laconicam Antigonus II. 2, 54, 2. eorum virtutis et pietatis fama 4, 20, 1 ss. Cynaethenses eorum moribus neglectis efferantur 4, 17, 4; 20, 2 ss.; 21, 5 ss. musicae studiosi ad humanitatem ducti 4, 20, 3—21, 12. Messenii eorum amicitiam non servant 4, 32, 4. eos et Messenios ad concordiam admonet Polybius 4, 33, 10 s. eorum merita in Messenios post pugnam Mantinensem 4, 33, 7 ss. Lasionem et Pisatidem sibi vindicant 4, 74, 1. τὸ ἄβατον templi Iovis Arcadici intrantes umbrae reddi expertes mentitur Theopompus 16, 12, 7. — 4,

Hosted by Google

71, 2. (ἡ) Ἀρκαδία 2, 54, 2; 56, 6. 4, 20, 3; 21, 5 et 10; 33, 3s.; 70, 1 et 3; 77, 8 et 10. 10, 22, 1. 12, 4d, 5. 18, 14, 2. 38, 14, 3. ibi: Aliphira 4, 77, 10, Lycoa 16, 17, 5, Mantinea urbs maxima et antiquissima 2, 56, 6; 62, 11, Pallantium 6, 11a, 1, Triphylia regio 4, 77, 8, Psophis 4, 70, 3. Ἀρκαδικός 3. 4, 21, 8. Arcadica fabula de hominibus mutatis in lupos 7, 13, 7.

(οἱ) Ἀρκάδες 2. Cretae civitas. a Cnosiis deficiunt ad Lyttios 4, 53, 6.

Ἀρκάς auctor gentis Arcadum Peloponnesi 4, 77, 8. eius f. Triphylus ibid.

Ἀρκεσίλαος 1. legatus exsulum Laconum Romam missus a piratis necatur 23, 6, 1 et 2.

— 2. Megalopolitanus ad concilium Lycortae, Archonis, Polybii adhibitus astipulatur Archoni 28, 6, 2 et 8. Achaeorum legatus ad conciliandos Ptolemaeos et Antiochum IV. 29, 25, 6.

Ἀρκεσίλας philosophus, quem Ecdemus et Demophanes sectantur 10, 22, 2.

ὁ Ἀρκεσίνης una de tribus Amorgi urbibus fr. 20.

arma, v. ὁ καθοπλισμός.

Ἀρμένας Nabidis f. obses Romae obit 21, 3, 4.

(ἡ) Ἀρμενία. ibi Euphrates oritur 9, 43, 1. ibi satrapa Mithridates 25, 2, 11.

Ἀρμόσατα urbs Armeniae πρὸς τῷ Καλῷ πεδίῳ ... μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος 8, 23, 1. cum Xerxe 2., eius urbis rege, Antiochus III. pacem facit eique Antiochidem in matrimonium dat 8, 23.

ἁρμοσταί Laconum. Antalcidae pace facta ex civitatibus Graecis non revocantur 4, 27, 5.

Ἄρπνια Illyrica urbs fr. 21.

(οἱ) Ἀρρητῖνοι. usque ad eorum agrum pertinet Liguria 2, 16, 2. ἡ (τῶν) Ἀρρητίνων πόλις, Etruriae urbs, quam Galli obsident et ubi Romanos vincunt 2, 19, 7s. ante eam castra facit C. Flaminius 3, 77, 1; 80, 1.

Ἀρσάκης, Parthorum rex, adventu Antiochi III. puteis corruptis fugit in Hyrcaniam 10, 28, 1ss.

Ἀρσινόη 1. I. Lysimachi filia, Ptolemaei II. uxor, Lysimachi mater 15, 25, 2.

— 2. III. Berenices filia 15, 25, 2. Ptolemaei IV. soror et uxor 5, 83, 3; 84, 1; 87, 6. 15, 25, 4. cum fratre adest pugnae Rhaphiensi 5, 83, 3; 84, 1. cum eodem Alexandriam redit 5, 87, 6. eius mortem Agathocles et Sosibius populo nuntiant 15, 25, 4. necata a Sosibio et Philammone, Dinone favente 15, 25, 2 et 12; 26a, 1; 33, 11. sepulta ab Agathocle et Sosibio 15, 25, 6s. et 11. ab omnibus eius interitus lugetur 15, 25, 8ss. filium relinquit 15, 25, 5ss. puellae cum ea educatae Philammonem necant 15, 33, 11s. eius et fratris res in 14. libro narratae 14, 12, 4 cum ann.

— 3. Aetoliae urbs, prope quam Cyathus flumen 9, 45, 1. Ἀρσινοεύς 9, 45, 2. Polemarchus est Arsinoensis 18, 10, 9. ἡ Ἀρσινοῖα ager Arsinoen-

Hosted by Google

sis, in quo Aetolorum caedes mutuae fiunt 30, 11, 5.

[Ἀρσινόη 4. πόλις Λιβύης 9, 45, 2. Ἀρσινοΐτης ibid.]

Ἀρταβαζάνης, -ου Satrapeorum dominus ab Antiocho III. subactus 5, 55, 2—10; 57, 3.

Ἀρταξέρξης II., ut videtur, a Persa quodam in venatione servatur eumque praemio maximo afficit fr. 54. — 1, 6, 2. 12, 25ᶠ, 2.

Ἀρταξίας, ὁ τῆς πλείστης Ἀρμενίας ἄρχων, pace Eumenis cum Pharnace facta comprehenditur 25, 2, 12. Ariarathis V. monitis a caede quadam deterretur 31, 16, 1.

Ἀρτεμίδωρος Syracusanorum praetor cum Hierone 1, 8, 3.

Ἄρτεμις, -ιδος. eius fanum asylum prope Lusos situm Aetoli diripiunt 4, 18, 9 ss.; 19, 4; 25, 4. 9, 34, 9. eius templum Abydi 16, 31, 2. eius templum in Hiera come situm Prusias diripit 32, 15, 11. eius templum in Elymaide situm Antiochus IV. frustra studet spoliare 31, 9, 1. τὸ Ἀρτεμίσιον Elidis 4, 37, 4. Ἀστιάς, de cuius statua falsa Iasensium opinio 16, 12, 4 ss. Κινδυάς, de cuius statua falsa Bargylietarum opinio 16, 12, 3 ss. eius festum Syracusani celebrant 8, 37, 2.

Ἀρχέδαμος Aetolus. Aetolorum dux in exercitu Flaminini 18, 21, 5. Aetolorum legatus ad M'. Acilium 20, 9, 2 ss. accusatur a Lycisco, quod fidem Romanis non servet 28, 4, 8.

Ἀρχίας sub Ptolemaeis Cypro praef. hanc insulam proditurus se necat deprehensus 33, 5, 1–3.

Ἀρχίδαμος 1. V. Eudamidae f., Spartae rex, ex Hippomedonte duos filios habet, qui regnum Cleomene mortuo non accipiunt 4, 35, 13 ss. exsul apud Nicagoram Messenium 5, 37, 1 ss. in patriam reversus a Cleomene necatur 5, 37, 3 ss. 8, 35, 3 ss.

— 2. Pantaleontis f., Aetolus, Aegiram proditione capit 4, 57, 7 ss. inde expulsus necatur 4, 58, 9.

Ἀρχικράτης Diaei socius 38, 17, 9; 18, 1—4.

Ἀρχιμήδης. eius inventa ad Syracusas tuendas contra Marcellum 8, 3, 3 ss.; 5, 1—6, 7; 7, 1—9.

Ἄρχιππος Achaeus a Diaeo in vincula coniectus liber dimittitur 40 minis solutis 38, 18, 4.

Ἄρχων Αἰγειράτης 29, 25, 6 (v. Dittenbergerum syll.² n. 851, 1). Philopoemenis decreta de Laconibus contra Q. Caecilium defendit 22, 10, 8 s. Achaeorum praetor a Philopoemene callide laudatur 22, 19, 1—4. Achaeorum praetor Romanorum legatorum iussu praesidium Chalcidem mittit 27, 2, 11. ab A. Hostilii legatis non accusatus ut suspectus de fide erga Romanos 28, 3, 7–9. in concilium cum Lycorta et Polybio convocatus censet temporum rationem esse habendam 28, 6, 1 et 7. eidem concilio placet ei praeturam esse petendam 28, 6, 9. Achaeorum praetor constituit Romanis esse auxilio veniendum

Hosted by Google

28, 7, 1. Attali II. petitionem de honoribus Eumeni restituendis iuvat 28, 7, 6 s. exercitum contra Perseum conscribit 28, 12, 1—3. Polybium et alios legatos ad Q. Marcium Philippum mittit 28, 12, 2 et 3 ss. Telocritum ad Attalum II. mittit de restitutis Eumeni honoribus 28, 12, 7. legatos ad Ptolemaeum VII. mittit gratulaturos et amicitiam renovaturos 28, 12, 8 s. frustra suadet, ut Ptolemaeis auxilium mittatur 29, 23, 3—25, 6. legatus ad Ptolemaeos et Antiochum IV. conciliandos 29, 25, 6.

ἀρώματα Arabiae 13, 9, 5.

Ἀσδρούβας, -ου 1. Hannonis 1. f. 1, 30, 1. Poenorum dux in Africa victus a Regulo 1, 30, 1 ss. in Siciliam missus milites Lilybaei exercet 1, 38, 2 ss. ad Panormum a L. Caecilio victus 1, 40, 1—16.

— 2. Hamilcaris 2. gener 2, 1, 9. 3, 12, 3. trierarchus patris 2, 1, 9. eidem mortuo succedit in Hispaniae imperio 1, 13, 3. 2, 1, 9. 3, 12, 3; 13, 3. Hispaniam prudenter et clementer administrat, Carthaginem novam condit 2, 13, 1 ss.; 37, 2. eius regia Carthagine nova 10, 10, 9. foedus cum Romanis facit, ne Iberus sit transgrediendus 2, 13, 6 ss.; 22, 11. 3, 6, 2; 15, 5; 21, 1; 27, 9; 29, 2 et 3; 30, 3. post imperium octo annorum a Gallo necatur 2, 36, 1. ei succedit Hannibal 5. 2, 36, 3. Fabii de eo iudicium 3, 8, 1 ss.

— 3. Hamilcaris 2. f. 11, 2, 3. Hannibalis 5. frater natu maior 9, 22, 2. 3, 33, 6 et 14; 95, 1. 9, 37, 5. 11, 2, 2. ei Hispaniam Hannibal 5. tradit in Italiam profecturus 3, 33, 6 et 14 ss. 9, 22, 2. 11, 2, 2. Cn. Cornelius Scipio contra eum missus 3, 56, 5. Romanorum classiarios palantes caedit 3, 76, 8 ss. hibernat Carthagine nova 3, 76, 11; 95, 2. a Cn. Cornelio Scipione ad ostia Iberi victus 3, 95, 1—96, 6. Bostor eius dux 3, 98, 5. cum Magone Scipiones necat 9, 22, 3. urbem in Carpetanis obsidet 10, 7, 5. eius consilia 9, 37, 1—6. a Scipione maiore ad Baecula victus Pyrenaeos versus redit 10, 38, 7—39, 9; 40, 11. eius iter facile in Italiam 11, 1, 1. a Livio et Nerone victus et necatus 11, 1, 2—2, 1; 3, 1—6. eius encomium 11, 2, 2—10.

Ἀσδρούβας 4. Hannibalis 5. dux copias Padum traducit 3, 66, 6. castris praef. ad Gerunium 3, 102, 5 s. cornu sinistro praef. in pugna Cannensi 3, 114, 7; 116, 6 ss.

— 5. Hannibalis 5. alter dux ὁ ἐπὶ τῶν λειτουργιῶν τεταγμένος 3, 93, 4.

— 6. ὁ Γέσκωνος 9, 11, 3. 10, 7, 5; 38, 10. eius filia est Syphacis uxor 14, 1, 4; 7, 6. bello Hannibalico Poenorum dux in Hispania ab Indibili pecuniam et obsides exigit 9, 11, 1—4. 10, 35, 6. in Lusitania versatur prope ostium Tagi 10, 7, 5; 38, 10. ab eo deficiunt Indibilis, Mandonius, alii 10, 35, 6—8. ad Ilipam a Scipione maiore victus 11, 20—24. eius iudicium de colloquio Scipionis maioris cum Syphace habito 11, 24ª, 4.

Hosted by Google

eius castris incensis magnam caedem facit Scipio maior 14, 1—6. Carthaginem fugit 14, 6, 3 et 13. novas copias colligit 14, 6, 12 s. in Magnis campis a Scipione maiore victus Carthaginem fugit 14, 7, 7—8, 14.

Ἀσδρούβας 7. classi praef. prope Uticam Romanorum legatis insidias parat 15, 2, 6—15.

— 8. Poenorum dux malus Carthagini praef. bello Punico tertio cum Gulussa colloquitur 38, 7, 1—12. de Maurusiorum calamitate certior non factus 38, 7, 9. crudelis in captivos Romanorum 38, 8, 1. natura corpulentus 38, 8, 7. Scipionis minoris condiciones reicit 38, 8, 4—9. eius ignavia 38, 8, 9 ss. supplex apud Scipionem minorem 38, 20, 1—6. eius uxor cum liberis in eum invehitur 38, 20, 7—11. fugam parat 38, 20, 11 ann.

— 9. incertus fr. 111.

Ἀσέβεια, cui deae ara ponitur a Dicaearcho 18, 54, 10.

(ἡ) Ἀσία una e tribus terrae partibus inter Nilum et Tanaim 3, 37, 2 ss. eius longitudo 34, 7, 8—10. quotiescunque Persae eius fines transgressi erant, multa subibant pericula 1, 2, 2. post Persas Macedones eius domini 1, 2, 5. eius res ante Ol. 140 gestas multi scripserunt 2, 37, 6. de Xenophontis, Agesilai, Alexandri Magni in eam terram expeditionibus 3, 6, 4 ss. inde ab temporibus Alexandri Magni patefacta itinera facientibus 3, 59, 3. eius ora maritima inde a Pamphylia usque ad Hellespontum et Lysimachiam est Lagidarum 5, 34, 7. Lysanias, Olympichus, Limnaeus eius dynastae 5, 90, 1. subacta ab Africano maiore 10, 40, 7. Asia cis Taurum sita excedit Antiochus III. 3, 3, 4. 21, 17, 3. eius urbes Graecae, quae Attalo I. tributum solverant, post bellum Antiochicum Eumeni conceduntur, quae Antiocho subactae erant, liberae fiunt tributo 21, 24, 8. — 1, 3, 1 et 4 et 6; 6, 5. 2, 71, 9. 3, 3, 3 et 5; 5, 2; 38, 1. 4, 28, 3; 39, 2 et 6; 43, 2 et 4 et 6; 44, 7; 46, 1; 50, 4; 51, 8; 56, 5 et 7. 5, 10, 8; 30, 8; 44, 3 (bis); 45, 2; 87, 9 cet.

Ἀσίνη 1. Laconicae urbs frustra oppugnata a Philippo III. 5, 19, 5.

— 2. Messeniae urbs, quam Messenii in senatu repetunt, cum pax Philippo III. detur 18, 42, 7.

Ἀσκληπιός. eius templum: prope Agrigentum 1, 18, 2, Carthagine nova 10, 10, 8, Ambraciae 21, 27, 2, Pergami 32, 15, 1. — eius statuam, Phyromachi opus, ex eodem templo Pergameno rapit Prusias 32, 15, 4. τὸ Ἀσκληπιεῖον 1, 18, 2. 21, 27, 2.

Ἀσκώνδας et Neo Boeoti, Brachyllae maiores, Macedonum partes sequuntur 20, 5, 5 s.

Ἀσπασιανός Medus, Antiochi III. dux 5, 79, 7.

Ἀσπάσιος Eleus captus a Lyco 5, 94, 6.

Ἀσπένδιοι, incolae Aspendi Pamphyliae urbis, Garsyeridis socii 5, 73, 3. eorum hostes

Hosted by Google

Sidetae 5, 73, 4. a Cn. Manlio Vulsone subacti 21, 35, 4. Aspendius Andromachus 2., ubi v.

ἡ Ἀσπίς, *Clupea,* Africae urbs, a Romanis capta 1, 29, 2 ss. eo fugiunt Reguli exercitus reliquiae 1, 34, 11. eam Poeni frustra obsident 1, 36, 6. reliquiae Reguli exercitus inde a Romanis servantur 1, 36, 12.

Ἀσσύριοι 38, 22, 2. ad p. 516, 9.

hasta, v. γαῖσος, γρόσφος, δόρατα. οἱ ἀστάτοι Romanorum 6, 21, 7 ss.; 23, 1 ss.; 29, 8; 33, 3 ss. 15, 9, 7.

[Astapa, Hispaniae urbs 11, 24, 11 coll. Liv. 28, 23, 5]

Ἀστιὰς Ἄρτεμις, ubi v., 16, 12, 4 ss.

Περσεύς Philippi III. f., Macedonum rex 1, 3, 1. 16, 24, 9. 23, 7, 4 ss. Demetrium 3. fratrem tollit a patre adiutus 23, 3, 4 ss.; 7, 1 ss.; 10, 12 ss.; 11, 1 ss.; 3, 9. regni eius initia praeclara et ad captandam Macedonum et Graecorum benevolentiam comparata; cum Romanis renovat societatem 25, 3, 1 ss. eius natura 25, 3, 5—8. 28, 9, 4 ss. 29, 8, 2. Abrupolim e regno depellit 22, 18, 2 s. Dolopiam occupat, Delphos venit 22, 18, 4. Eumeni Delphis facit insidias (cf. 27, 6, 2), Boeotorum legatos tollit 22, 18, 5 et 8. ad eum Laodice sponsa a Rhodiis classe deducta 25, 4, 8 ss. Rhodiis multa dona praebet 25, 4, 9 s. de eius societate cum Bastarnis et Gallograecis senatus certior fit 25, 6, 1 ss. causae belli Persici 22, 1, 5; 18, 1 ss. ab eo Thebani ad Romanos deficiunt

Hosted by Google

27, 1, 7 ss. Nicander Aetolus eius amicus 20, 11, 10. Rhodii naves contra eum parant 27, 3, 3. colloquii cum Romanis habiti rationem reddit per litteras Graecis civitatibus 27, 4, 1 ss. ad Rhodios de eadem re mittit legatos 27, 4, 3 ss. cum eo faciunt Coronea, Thisbae, Haliartus; ceterae civitates Boeotiae ad Romanos deficiunt 27, 5, 1 ss. eius legati Roma et ex Italia excedere iussi 27, 6, 1 ss. ad Antiochum IV. mittit Diophanem legatum 27, 7, 15 cf. 28, 17, 5. Romanos proelio equestri vincit, qua victoria Graecorum in eum affectio elucet 27, 8, 1; 9, 1 ss.; 15, 14. de pace frustra agit cum P. Licinio Crasso 27, 8, 1 ss. ad Sycyrium castra movet 27, 8, 15. Diophanis comites a Rhodiis per Antenorem redimit 27, 14, 1 ss. Cephalus Epirota eius partes sequi cogitur 27, 15, 1 ss. A. Hostilium cos. capere frustra studet 27, 16, 1 ss. legati Ptolemaei VI. Romae de fine bello Persico imponendo 28, 1, 7 s. Rhodiorum nonnulli eius partes sequuntur 28, 2, 3. Acarnanes eius esse studiosos contendunt Aeschrio eiusque socii 28, 5, 2 concilium ab Archone, Lycorta, Polybio de bello Persico habetur 28, 6, 1 ss. Genthium multis legationibus ad societatem invitat; sed pecuniam ab eo postulatam non mittit 28, 8, 1—9, 3. si pecuniam largiri voluisset, omnes fere Graeci et omnes fere reges cum eo fecissent 28, 9, 4 ss. eius res bello gestae contra Romanos, Dardanios, Epirotas, Illyrios 28, 8, 2. Romanis Macedoniam intrantibus invehitur in Hippiam 28, 10, 1 ss. dicitur in Thessaliam cum exercitu esse venturus 28, 12, 1. cum Genthio facit societatem 29, 3, 1—4, 6. cf. 29, 11, 3. legatos ad Rhodios Eumenemque et ad Antiochum IV. mittit de societate 29, 4, 7 ss. eius et Eumenis deliberationes arcanae 29, 6—9. 30, 1, 6, sed cf. 30, 3, 1. Samothrace erat in eius dicione 29, 8, 2. eadem parsimonia utitur in Gallos et Genthium, qua in Eumenem 29, 9, 13. ad eum legatos mittunt Rhodii de pace facienda cum Romanis 29, 10, 1 ss.; 11, 1 ss. eius naves ad Rhodum 29, 11, 3. a L. Aemilio Paullo victus et captus 29, 15—18; 19, 1 et 8; 20; 22, 1; 27, 12. 18, 35, 4. 32, 6, 5. eius regnum deletum 29, 21, 8; 22, 4. bello Persico tria genera hominum in suspicionem veniunt Romanorum 30, 6, 5—9, 21. columnas eius Delphis incohatas statuis suis destinat L. Aemilius Paullus 30, 10, 1 s. Xviri Macedoniae res ordinant 30, 13, 1 ss. post eversum eius regnum Epirotarum urbes 70 delentur 30, 15. cf. 32, 5, 5. Cotys, eius socius, a Romanis impetrat veniam 30, 17, 1 ss. obit 36, 10, 3. Philippus eius f. ibid. — 32, 13, 7. 36, 9, 7; 17, 14. fr. 138, 184 (?), [216], 221. ὁ Περσικὸς πόλεμος 3, 3, 8; 5, 4; 32, 8. 27, 11, 1; 15, 8.

Hosted by Google

31,25,4. *οἱ Περσικοὶ καιροί* 20,11,10.
Περσίδες πύλαι, s. *ἡ Περσὶς πύλη* Sardibus 7,17,6; 18,4.
ἡ Περσίς regni Syriaci provincia. qua vergit in meridiem, ad Mesopotamiam et regionem Apolloniatidem pertinet 5,44,6. ei et Parthiae interiectum est desertum 5,44,4. 10,28,1s. eius satrapa Alexander 9. 5,40,7. Tabae eius urbs 31,9,3.
Πεσσινοῦς, -οῦντος Galatiae urbs, ubi deae Matris sacrum 21,37,5.
Πετηλῖνοι cives urbis Bruttiorum. Romanorum fidem servantes fame expugnantur a Poenis 7,1,3.
Πετραῖος Sibyrti Epirotae pater 21,26,7. cf. ann. h. l. Philippi III. amicus ab eo mittitur legatus Lacedaemona 4,24,8. in Thessalia occurrit cum exercitu Dorimacho 5,17,6.
Γάιος Πετρώνιος legatus res Attali II. et Prusiae II. inspecturus 32,16,5.
Πευκέτιοι alteram habent partem Apuliae 3,88,4.
Πήδασα Cariae urbs, quam liberam dimittere Philippus III. iubetur 18,44,4.
(*τὸ*) *Πήλιον* Thessaliae mons. secundum Theopompum Centauri eum tenent 8,9,13. uno die ascenditur eodemque tempore circumitur 34,10,15.
(*τὸ*) *Πηλούσιον* Aegypti urbs. eo copias cogit Ptolemaeus IV. 5,62,4 s.; 80,1. ei praef. Tlepolemus 15,25,26. Antiochi IV. astutia in rebus eius urbis adhibita 28,18. ibi Antiochum IV. Popilius circulo circumscribit 29,27,1.
Πηνελόπη Ulixis uxor. eius vituperatio ad scholasticas argumentationes proponitur 12,26^{b},5.
Πιερία Macedoniae regio a Scopa vastata 4,62,1. v. *Σελεύκεια* 1.
ἡ Πικεντίνη s. *ἡ τῶν Πικέντων χώρα Picenum*. Senonibus devictis Romanorum civibus divisum 2,21,7. ab Hannibale 5. vastatur 3,86,9.
Πίκτονες populus prope Ligerim 34,10,6.
pilum, v. *ὑσσός*.
ὁ Πίναρος ποταμός Ciliciae 12,17,3 ss.
Πίσα, -ης s. *Πίσαι, -ῶν* Etruriae urbs prima a Liguria venientibus 2,16,2. e Sardinia C. Atilius cos. eo appellit 2,27,1; 28,1. P. Cornelius Scipio inde venit Massiliam quinto die 3,41,4. idem eo redit 3,56,5. a Sardinia Poeni eo appellunt 3,96,9.
Πισαντῖνοι Illyricus populus, cuius urbem Orgessum Philippus III. subigit 5,108,8.
ἡ Πισᾶτις Peloponnesi regio 4,74,1.
ἡ Πισιδική Pisidia, Asiae minoris regio. eam vastat Achaeus 5,57,7. eius incolas ad societatem invitat Garsyeris 5,72,9; 73,3. eam post bellum Antiochicum a Romanis dari Eumeni consentiunt Rhodii 21,22,14 (v. *Μιλυάς*).

Hosted by Google

τὸ Πισσαῖον Pelagoniae parva urbs direpta a Scerdilaida 5, 108, 1.
Πλακεντία s. ἡ τῶν Πλακεντίνων πόλις Romanorum colonia ad Padum 3, 40, 5; 66, 9. ibi castra ponit P. Cornelius Scipio 3, 66, 9. eo se recipiunt, qui e pugna Trebiensi effugerunt 3, 74, 6 et 8. eo cogit exercitum Q. Opimius ante expeditionem in Ligures faciendam 33, 10, 1.
τὰ κατὰ Πλάτανον στενά in Phoenice 5, 68, 6.
Πλάτωρ 1. dux Illyriorum, qui ab Achaeis et Philippo III. Cretensibus mittuntur auxilio 4, 55, 2.
— 2. Genthii frater ab eo necatur 29, 13, 2.
ἡ Πλειάς Vergiliarum sidus. eius occasus hiemis initium 3, 54, 1. prope eius ortum ineunte aestate comitia sunt praetoria Achaeorum 4, 37, 2. 5, 1, 1. noctes prope eius ortum sunt brevissimae 9, 18, 2.
Πλευρᾶτος 1. pater Agronis 2, 2, 4.
— 2. rex Illyricus. copias educit contra Epirotas, Philippi III. socios 10, 41, 4. Lychnidem et Parthum a Flaminino accipit 18, 47, 12. cf. 21, 11, 7; 21, 3. post eius mortem succedente Genthio Delmatae deficiunt 32, 9, 3 s.
— 3. exsul Illyricus. a Perseo ad Genthium legatus de societate 28, 8, 1 ss.; 8, 8 ss.
Ποθεινή tibicina Alexandrina, e qua domus pulcherrimae nominatae 14, 11, 3 s.
Ποθίων Rhodiorum prytanis 22, 5, 10.
πολέμαρχοι magistratus civitatum Peloponnesi 4, 18, 2. 9, 17, 3. Cynaethensium polemarchi urbem Aetolis produnt 4, 18, 4. Phigalensium polemarchorum curia: τὸ πολεμάρχιον 4, 79, 5.
Πολέμαρχος Arsinoensis Aetolorum legatus Romam 18, 10, 9; 11, 1 ss.
Πολεμοκλῆς Rhodiorum classi praef. adversus Byzantios missus 4, 52, 2. cum classe in Cretam missus Cnosiis petentibus 4, 53, 1. quod Timarchum occiderit, ab Eleuthernaeis accusatur 4, 53, 2.
Πολεμοκράτης Limnaei pater 29, 4, 6. eum in Samothracen cum 1500 talentis venturum ibique Eumeni pecuniam esse depositurum pollicetur Perseus 29, 8, 7.
τὸ Πολιάσιον Laconicae locus 16, 16, 2.
Πολίχνα Argivorum urbs a Lycurgo capta 4, 36, 5.
Πολύαινος 1. Cyparissensis Philopoemenis παρασπιστής. cum eo persequitur Machanidam 11, 18, 1 s.
— 2. Megalopolitanus Philopoemenis dux in pugna contra Machanidam 11, 15, 5.
Πολυάρατος Rhodius cum Dinone Rhodios ad Persei partes abstrahere frustra studet 27, 7, 4 et 8 ss. cf. 28, 2, 3. 29, 11, 1 s. 30, 8, 5 ss. Perseo Diophanis comites redempturo favet cum Dinone 27, 14, 2. C. Popilius iubet eum a Ptolemaeis Romam mitti 29, 27, 9. post varios casus Romam transportatur 30, 9, 1 ss. erat coniunctus cum Cibyratis,

Hosted by Google

quod Pancratis liberos educaverat 30, 9, 14.

Πολύβιος Megalopolitanus 36, 11, 1. 38, 14, 3. Lycortae f. 22, 3, 6. ante eum nemo ita appellatus 36, 12, 5. interest colloquio a Philopoemene cum Archone Olymp. 148, 4 habito aetate non ita provectus 22, 19, 1 ss. legatus nominatur ad Ptolemaeum V. cum Lycorta et Arato II., etsi nondum erat aetate legitima (cf. 29, 24, 6); legatio tamen non mittitur, Ptolemaeo post autumnum a. 181 mortuo 24, 6, 3 ss. ab A. Hostilii proconsulis legatis non accusatur ut Romanis suspectus 28, 3, 7 ss. in concilio quodam ab Lycorta, Archone, Polybio privatim habito cum Archone facit censente bello Persico neutri parti Achaeis esse astipulandum 28, 6, 8. eidem concilio placet ei equitum praefecturam esse petendam 28, 6, 9. pro restituendis Eumenis honoribus verba facit 28, 7, 8 ss. legatus ad Q. Marcium Philippum cos. in Thessaliam, ut ei auxilia Achaeorum offerat, quae tamen ille respuit 28, 12, 4 ss.; 13, 1 ss. 29, 24, 2 et 7. in castris eiusdem manens interest rebus tum gestis 28, 13, 6. iussu eiusdem domum redit, ut impediat, ne Appio Centoni ab Achaeis mittatur auxilium 28, 13, 7 ss. domi perficit, ut petitio Appii Centonis ad consulem referatur 28, 13, 9 ss. ipse videt, quomodo Persarum regnum deleatur 29, 21, 8. Ptolemaei VI. et VII. familiaris 29, 23, 5 et 7. cf. 31, 12, 8. eum ducem equitum auxiliarium Achaeorum petunt legati Ptolemaeorum 29, 23, 5. Ptolemaeis auxilia esse mittenda frustra censet 29, 23, 3 ss.; 24, 1 ss.; 25, 1 ss. Ptolemaei auxilio negato orant per legatos, ut is et Lycortas ad bellum administrandum sibi mittantur 29, 25, 7. Romae inter exsules versans ob suspicionem belli Persici Demetrium 4., quem noverat in venatione aprorum, Roma clam fugientem iuvat 31, 11, 4—15, 6. Menyllus eius familiaris 31, 12, 8. cf. 29, 23, 5 et 7. auctoribus Q. Fabio Maximo et Africano minore Romae manere poterat 31, 23, 5. cum Africano minore fecerat amicitiam 31, 23, 2—24, 12. cum eodem continentiae laudis studiosus 31, 25, 2. eiusdem socius in venando 31, 29, 8. Achaeorum legati non impetrant, ut is domum redire possit 32, 3, 14 ss. de Locris bene meritus est 12, 5, 1 ss. Alpes et Galliam vidit 3, 48, 12; 59, 7. 34, 10, 6 s. Atlanticum mare vidit 3, 59, 7. Hispaniam vidit 10, 11, 4. 3, 59, 7. nonnulla de Hannibale 5. et Magone 2. a Poenis et a Masinissa accipit 9, 25, 2 ss. cf. 3, 59, 7. libertas ei datur Roma domum redeundi; ampliora petit, sed a Catone ridetur 35, 6. e Peloponneso M'. Manilii litteris Lilybaeum arcessitus Corcyra in Peloponnesum redit, dissoluto ad tempus bello Punico 36, 11, 1 ss. comes Africani minoris

Hosted by Google

Carthaginem obsidentis et delentis 34, 16, 2. 38, 14, 3; 19; 19ᵃ, 3; 21, 1; 22, 1—3. cum Africano in Africa videt leones cruci fixos 34, 16, 2. Gulussa auctore nonnulla tradit de miro usu dentium elephantorum 34, 16, 1. ab Africano minore classem accipit scrutandae Africae causa 34, 15, 7. Corintho capta impedit, ne honores Philopoemenis deleantur 39, 3, 3. Philopoemenis res coram Romanis eodem tempore et loco exponit 39, 3, 4 ss. a Mummio impetrat Achaei, Arati, Philopoemenis statuas 39, 3, 10. eiusdem rei causa Achaei ei ponunt statuam 39, 3, 11. Diaei bona respuit 39, 4, 1 ss. Achaeorum res a legatis iussus ordinat 39, 5, 2 ss. honores ideo ei et vivo et mortuo concessi ibid. sub Ptolemaeo VII. Alexandriam vidit 34, 14, 6. Sardibus colloquitur cum Chiomara 21, 38, 7. Roma domum redit 39, 8, 1.

De Philopoemene tres componit libros (*σύνταξιν*) 10, 21, 5 ss. de re tactica componit librum (*τὰ περὶ τὰς τάξεις ὑπομνήματα*) 9, 20, 4.

Historiam suam (*τὴν πραγματείαν*) scripsit in usum maxime Graecorum 1, 3, 7 ss. eius molem excusat 3, 32, 1 ss. eius historiae ratio 9, 1—2; 39, 8, 3 ss. eas res describit, quas aut ipse vidit aut a testibus oculatis accepit 4, 2, 2. in exquirendis temporibus diligentissimus 6, 11ᵃ, 5. quoniam per singulos annos, quae apud quemque populum quoque anno gesta sunt, describit incipiens cuiusque anni historiam a rebus Italiae, interdum cogitur orationes habitas a legatis et data illis responsa prius exponere, quam de ipsa legatione decreta et missa verba fecit 28, 16, 10 s. eius aetate terra et maria omnia patebant et pleraeque artes ita erant perfectae, ut certa ratione earum praecepta addisci possent 9, 2, 5. 10, 47, 12. pyrsearum ratio ab eo emendata 10, 45, 6 ss. ad Zenonem litteras dat de quibusdam eius erroribus et ab aliis postulat, ut idem sibi faciant 16, 20, 5 ss. quomodo de se ipso loquatur, explicat 36, 12, 1 ss. eum ridet Posidonius scribentem 300 urbes Celtiberiae a Ti. Graccho esse deletas 25, 1, 1 s. dissentit cum epistula Scipionis Nasicae 29, 14, 3; 15, 3. vituperatur ab Artemidoro 34, 12, 12. item a Strabone 34, 5, 14 ss.; 7, 11 ss.

Πολύκλειτος Cyrenensis ab Hieronymo ad Hannibalem 5. legatus 7, 2, 2 ss.

Πολυκράτης Argivus Mnasiadae f. milites Ptolemaei IV. incitat 5, 64, 4 ss. equites exercet 5, 65, 5. dux equitum Ptolemaei IV. in pugna Rhaphiensi 5, 82, 3; 84, 8. Cyprum optime administrat 18, 55, 6. ei succedit Ptolemaeus Megalopolitanus ibid. eius propinquae Oenanthen consolari frustra student 15, 29, 10—14. e Cypro reversus accusat Scopam 18, 54, 1. anacleteria parat Ptolemaeo V. Alexan-

Hosted by Google

driae potentissimus 18, 55, 3 ss. libidinibus se dedit 18, 55, 7. rebelles optimates Aegypti domat 22, 17, 3 ss. eo auctore Ptolemaeus V. nullam partem rei militaris attingit 22, 17, 7.

Πολύκριτος Aetolus Neptuni templum Mantineae spoliat 9, 34, 10.

Πολυμήδης Aegiensis ab Eleis captus 5, 17, 4.

Πολυξενίδας Rhodius dux Cretensium in exercitu Antiochi III. 10, 29, 6.

(*οἱ*) *Πολυρρήνιοι* Cretenses a Cnosiis ad Lyttios deficiunt 4, 53, 6. iis petentibus Philippus III. et Achaei auxilia mittunt 4, 55, 1 ss. Philippo III. et Achaeis mittunt auxilia 4, 55, 5; 61, 2.

Πολυφάντας Philippi III. dux Phocensibus et Boeotiis auxilio missus 10, 42, 2.

Polyphemus, v. *Κύκλωψ*.

Πολυφόντας Laco caedem effugit a factione Aetolica factam ad Philippum III. 4, 22, 12.

pompa magnifica Antiochi IV. 30, 25.

Πομπίδης exsul Thebanus Chalcide apud legatos Romanos Ismeniam, Neonem, Dicetam accusat 27, 2, 1 ss.

Pompilius, v. Numa.

Ponti regnum: *Καππαδοκία ἡ περὶ τὸν Εὔξεινον* 5, 43, 1. cf. fr. 54.

(*ὁ*) (*Εὔξεινος*) *Πόντος* s. *ὁ Εὔξεινος* s. *ἡ Ποντικὴ* (*θάλαττα*). eius ambitus et duo ostia 4, 39, 1 ss. mensura eius a Bosporo Thracio ad Cimmerium 34, 15, 5. cur continuo effluat 4, 39, 7 ss. olim opplebitur 4, 40, 4—42, 6. in eum Ister influit 4, 41, 1 ss. fluxus aquae in Ponto 4, 43, 1 ss. eius ostium in potestate Byzantiorum 4, 38, 2 ss. iisdem regiones ad eum plurimas res praebent 4, 38, 4 ss. Sinope sita ad illud eius latus, quod a dextra habent, qui ad Phasim navigant 4, 56, 5. qui populi ad eum pertingant 5, 44, 8. latus Mediae septentrionale habet subiectam illam partem Ponti, quae Maeoti cohaeret 5, 44, 10. Artabazanis dicionis pars Ponto imminet, qua parte Phasis in eum descendit 5, 55, 7. Haemus mons ad eum pertingit 24, 4. ad eum sita est Tiris 25, 2, 7. *κεράμιον ταρίχων Ποντικῶν* Romae emitur Catonis temporibus 300 drachmis 31, 25, 5. *Ποντικός* 4, 42, 3. fr. 54.

Mithridatis 1. maioribus regnum ad eum tributum a Dario 5, 43, 2. Athenienses Chrysopolin tenentes portorium exigunt ab iis qui in eum navigant 4, 44, 4. Clearchi 2. ad eum facinora 38, 6, 2. Graeci debent gratiam Byzantiis quod ea, quae ex eo importantur, per Bosporum transire sinunt 4, 38, 6 ss. Hierum Byzantii magna pecunia emunt, ne quis inde navigantes in eum vexet 4, 50, 3. Rhodii et Prusias Byzantios cogunt abstinere a portorio, quod tum exigunt a navigantibus in eum 3, 2, 5. 4, 45, 9—46, 6; 47, 1; 50, 6; 52, 5 (v. *Βυζάντιοι*). Cavarus navigantes in

Hosted by Google

eum tuetur 8, 22, 1. Eumenes bello Pharnacico navigantes in eum ex Hellesponto impedire studet 27, 7, 5.

Ποπίλιοι 1. *Γάιος Ποπίλιος* Laenas ab A. Hostilio proconsule ad Thebanos, in Peloponnesum, ad Aetolos, Acarnanes legatus missus belli Persici causa 28, 3—5. ad Antiochum IV. a senatu missus legatus in Aegyptum ad pacem conciliandam regem circulo inscribit eumque copias in Syriam ducere iubet 29, 2, 1 ss.; 27, 1 ss. Ptolemaeos iubet Polyaratum mittere Romam 29, 27, 9. 30, 9, 1 ss. Antiochi IV. copias e Cypro eicit 29, 27, 9 s. eius rogatu Menalcidas a Ptolemaeis liber dimissus 30, 16, 2.

— 2. *Ποπίλιος Λαινᾶτος* Romanorum in Liguriam legatus 33, 9, 1 (M. Popilius cos. 615/139 aut P. Popilius cos. 622/132).

— 3. *ὁ νεώτερος Ποπίλιος Λαινᾶτος* Q. Metelli Macedonici legatus ad Achaeos 38, 12, 1 Athenas se confert Metellum exspectans 38, 13, 9 (v. ad superiorem).

Λεύκιος Πόπιος legatus ad Ligures 33, 9, 1.

Πόπλιος 1. v. *Ἀπούστιος, Κορνήλιοι, Λικίννιοι, Οὐίλλιος, Σολπίκιοι, Φούριοι.*

— 2. incerti fr. 119, 181, 213.

Λεύκιος Publicius *Μαλλέολος* legatus ad Asiae reges hebetissimus 36, 14, 2 ss.

(*ὁ*) *πορθμός* 1. fretum Siculum (v. *Σικελία*) 1, 7, 1; 11, 9; 20, 15; 21, 4; 38, 7; 42, 5; 49, 3. 5, 110, 2. 10, 1, 1. 34, 4, 8; 6, 1 et 13; 7, 12. *ὁ πορθμὸς ὁ κατὰ Σικελίαν* 31, 15, 7.

ὁ πορθμός 2. fretum Gaditanum 34, 9, 4; 15, 2.

Μάρκος Πόρκιος (*ὁ*) *Κάτων.* eius iussu consulis 559/195 uno die muri omnium cis Baetim urbium delentur 19, 1, 1. eius dictum indignationis plenum de luxu Romam inducto 31, 25, 5ª. duo eius dicta et de Achaeis quibus reditus concessus est et de Polybio ampliora petente 35, 6, 1 ss. laudat Scipionem minorem ad Carthaginem pugnantem 36, 8, 7. eius iudicium lepidum de tribus legatis ad Asiae reges missis 36, 14, 4 ss. eius acre iudicium de Postumii scriptis Graecis 39, 1, 5 ss.

Πορφυρεών Phoenices urbs, prope quam Nicolaus exspectat Antiochum III. irrumpentem 5, 68, 6.

Ποσειδῶν. coram eo ictum foedus Hannibalis 5. cum Philippo III, 7, 9, 2. eius opem militibus ad Carthaginem novam promittit Scipio maior 10, 11, 7; 14, 12. eius fanum prope Mantineam 9, 8, 11. 11, 11, 4 et 6; 12, 6. idem spoliatur a Polycrito 9, 34, 10. eius fanum *ἐπὶ Ταινάρῳ* a Timaeo Aetolo spoliatum 9, 34, 9. eius fanum Milesiorum ad sinum Iasensem 16, 12, 1.

Ποστόμιοι. (de forma nominis v. ad 25, 6, 6.) 1. *Λεύκιος Ποστόμιος* Megellus cos. 492/262 Agrigentum capit 1, 17, 6—19, 15.

— 2. *Λεύκιος* (*Ἄϋλος* nominatur 2, 11, 1) *Ποστόμιος*

Hosted by Google

Albinus cos. 525/229 plures Illyrici civitates subigit et pacem facit cum Teuta 2, 11, 1 et 7; 12, 2 et 4. praetor in Galliam missus 3, 106, 6. cum copiis deletur 3, 118, 6. — fr. 102 (?).

Ποστόμιοι 3. *Ἄυλος Ποστόμιος* Albinus legatus ad Dardanios et Thessalos missus adversus Perseum et Bastarnas 25, 6, 6. legatus ad insulas et urbes Asiae Rhodum adit 27, 3, 1 ss.; 6, 1.

— 4. *Ἄυλος Ποστόμιος* Albinus praetor impedit, ne sctum fiat de reditu concesso Achaeis in Italiam deductis 33, 1, 5 ss. legatus ad pacem inter Attalum II. et Prusiam II. faciendam 33, 13, 4 s. cos. 603/151 35, 3, 7. graeculus; Catonis de eius scriptis graecis iudicium 39, 1, 1—10. pugnam in Phocide factam temporibus belli Achaici senatui scribit, quasi ipse interfuerit 39, 1, 11 s.

ἡ Πραινεστίνων πόλις Latii urbs, quo Romani solent abire exsulatum, capitalis criminis rei 6, 14, 8.

ἡ Πραιτεττιανὴ χώρα Praetutianus ager, Piceni pars, ab Hannibale 5. vastatur 3, 88, 3.

praetorium, *ἡ τοῦ στρατηγοῦ σκηνή*, in castris Romanis 6, 27, 1; 33, 12; 35, 2, 41, 2.

Πράξων Rhodiorum legatus Alexandriam missus ad pacem inter Antiochum IV. et Ptolemaeos faciendam ab illo reicitur 28, 23, 1 ss.

Πρασίαι Argivorum urbs a Lycurgo capta 4, 36, 5.

οἱ πρίγκιπες in exercitu Romanorum 6, 21, 7 et 9; 23, 16; 29, 6 ss.; 33, 3 ss.

(*οἱ*) *Πριηνεῖς* Prienes cives, Ioniae urbis. pecuniam ab Orophorne depositam Ariarathi V. non tradentes ab illo et Attalo II. bello vexantur et ad Rhodios et ad Romanos de auxilio frustra mittunt 33, 6, 1 ss.

ἡ Πριναασσός Cariae urbs a Philippo III. capta 16, 11, 1 ss. *οἱ Πριναασσεῖς* 16, 11, 5.

(*ἡ*) *πρίστις* navigiorum genus 16, 2, 9. 18, 1, 1.

ὁ Πρίων 1. Africae locus prope Carthaginem, ubi Spendii et Autariti exercitus deletur 1, 85, 7.

— 2. locus Sardibus, ubi urbs arci iungitur 7, 15, 6.

Προαγόρας Megalopolitanus. eius armentis a Nabide abactis bellum oritur Achaicum 13, 8, 7.

Πρόανδρος Aetolus, Romanorum inimicus, in Aetolorum concilio amicitiam erga eos simulat 28, 4, 3 s.

Πρόννοι Cephalleniae oppidulum cum portu. Philippus III. videns id aegre posse obsideri pergit Palen 5, 3, 3 s.

ἡ Προποντίς per Bosporum Thracium Ponto iungitur 4, 39, 1 ss.; 43, 1. eius fauces ad Sestum et Abydum 4, 44, 6. per Hellespontum eo navigatur 16, 29, 7. super eam habitant Thracum reguli, contra quos Byzantiis Philippus III. promittit auxilia 22, 14, 11 s.

ὁ Πρόπους collis in Olygyrto, Arcadiae monte 4, 11, 6.

Hosted by Google

Πρόσλαος Sicyonius Psophidis arci ab Achaeis praeficitur 4, 72, 9.

Προυσίας 1. I. rex Bithyniae. una cum Rhodiis bellat cum Byzantiis 3, 2, 5. 4, 47, 7; 48, 4 et 13; 49, 1; 50, 1 ss.; 51, 8; 52, 1 ss. Achaeus ei minatur 5, 77, 1. Rhodiis terrae motum perpessis dona dat 5, 90, 1. Aegosagas delet 5, 111. — fr. 127 (?).

— 2. II. rex Bithyniae. cum Philippo III. affinitate coniunctus 15, 22, 1. eiusdem auxilio Cium capit 15, 21—23. 18, 4, 7; 5, 4. de Cio urbe liberanda Flamininus ad eum scribere a patribus iubetur 18, 44, 5. per litteras Scipionum admonitus cum Romanis facit societate Antiochi III. reiecta 21, 11, 1—12. Mysi, quos Eumeni ademerat, post bellum Antiochicum illi restituti 21, 46, 10. eum Achaeis mox dona esse daturum explicat Apollonidas Sicyonius 22, 8, 5. bellum cum Eumene gerit a Philippo III. adiutus 3, 3, 6. 23, 1, 4; 3, 1 ss.; 5, 1. 22, 20, 8. Tium ab Eumene socio bello Pharnacico acceptum cogitur reddere Pharnaci 25, 2, 3 et 7. Romanis foede gratulatur Perseo victo 30, 18. Romae per legatos accusat Eumenem 30, 30, 1 ss. Eumenem et Antiochum ipse calumniatur Romae et alios ad eandem rem incitat 31, 1, 3. cum Gallograecis Eumenem Romae accusat 31, 32, 1. 32, 1, 5 ss. Attalo II. (cf. 3, 5, 2) victo templa prope Pergamum delet et agrum vastat 32, 15, 1 ss. ab Elaea reiectus Thyatira se confert, quo in reditu fana spoliat 32, 15, 9 ss. domum redit 32, 15, 13. in reditu eius copiae accipiunt detrimenta 32, 15, 14. Romanorum legati ad eum mittuntur, qui eum ab Attali bello arceant 32, 16. 33, 1, 1 s. eius iniuriae adversus legatos Romanos et Attalum Pergami inclusos 33, 7, 1 ss. Romani mittunt X legatos bello Attali finem imposituros 33, 7, 3 s. X legati ei amicitiam renuntiant et contra eum Graecos incitant 33, 12, 2 ss. senatus mittit tres legatos ad eum, qui bellum Attali componunt 33, 13, 4—10. Romani tres legatos mittunt, qui Nicomedis impetum reprimant et Attalum a bello ei inferendo prohibeant 36, 14, 1 ss. pessimus rex 36, 15. ab eo poenas sumere subiecti non dubitant 36, 15, 7. — fr. 127 (?).

οἱ πρυτάνεις Rhodiorum 13, 5, 1. 15, 23, 4. 22, 5, 10. 27, 7, 2 et 13. 29, 10, 4. fr. 172. per 6 menses gerunt magistratum 27, 7, 2. τὸ πρυτανεῖον eorum 15, 23, 3. 16, 15, 8.

Πρύτανις Peripateticus Megalopolitanis leges scribit iussu Antigoni II. 5, 93, 8.

Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνός rex Thraciae ac Macedoniae a Gallis victus 9, 35, 4. Olymp. 142. obit 2, 41, 1 s.

Πτολεμαῖοι Aegypti reges 1. I. ὁ Λάγου. eius pugnae navales 1, 63, 7. disceptatur, utrum ad eum an ad Seleucidas Coelesyria pertinuerit

Hosted by Google

ob devictum Antigonum Coclitem 5, 67, 6 et 10. Olymp. 142. obit 2, 41, 1 s.

Πτολεμαῖοι 2. II. ὁ *Φιλάδελφος*. eius uxor Arsinoë I., Lysimachi 1. filia, filius ex ea Lysimachus 2. 15, 25, 2. Berenicae 1. filiae, uxori Antiochi II., Nili aquam mittit fr. 73. eius pincerna *Κλεινώ* 14, 11, 2. Caunum ab eius ducibus 200 talentis Rhodii redimunt 30, 31, 6.

— 3. III. ὁ *Εὐεργέτης*. propter casum Berenices 1. Syriam bello petit et Seleucia potitur 5, 58, 4 et 10 s. uxor Berenice 2., mater Magae 2. et Ptolemaei IV. 15, 25, 2. Lysimachus 2. eius frater ibid. Achaeorum amicus 2, 47, 2. 29, 24, 14. ab Achaeis deficit ad Cleomenem 2, 51, 2. de eius societate cum Cleomene falsa narrat Phylarchus 2, 63, 1 ss. extremo regni eius tempore Cleomenes Alexandriam venit 5, 35, 1. ei mortuo succedit Ptolemaeus IV. 2, 71, 3. 4, 1, 9. 5, 34, 1; 35, 1 s.

— 4. IV. ὁ *Φιλοπάτωρ*. circa Olymp. 140. Ptolemaeo III. patri succedit 2, 71, 3. 4, 1, 9; 2, 8. 5, 34, 1; 35, 1 s. Magam fratrem et Berenicen matrem necat 5, 34, 1; 36, 1 et 6. 15, 25, 2. eius soror et uxor Arsinoë III. 5, 83, 3; 84, 1; 87, 6. 15, 25, 4 (v. *Ἀρσινόη* III.) negligens et socors princeps, aditu difficilis, libidinibus deditus 5, 34, 1 ss.; 36, 1 ss. eo regnante Cleomenes Alexandriae perit 5, 35—39. 15, 25, 2. principem regni ministrum habet Sosibium 5, 35, 7. 15, 25. in eius dicione Aegaei maris accolae, Caria, Samus 3, 2, 8. cf. 5, 35, 11. eum Philippus III. et Achaei legatis missis orant, ne Aetolos ulla re iuvet contra socios 4, 30, 8. Rhodiis deprecantibus, libertatem Andromacho 1. concedit 4, 51, 1 ss. cum Antiocho III. de Coelesyria bellat 1, 3, 1. 3, 2, 4. 4, 2, 11. 5, 1, 5; 31, 1 et 8; 42, 4. Theodotus 1. ab eo ad Antiochum III. deficit 5, 40, 1 ss. 4, 37, 5. 5, 61, 3—62, 2; 67, 9; 79, 4. Antiochus certior fit eum rem habere cum Achaeo 5, 42, 7. cf. 5, 57, 2. 8, 15, 9 s. Antiochus expeditionem contra eum omittit 5, 45, 5. expeditionis in eum suscipiendae cupidus Hermeas 5, 55, 3. amittit Seleuciam, Ptolemaidem, Tyrum, alias urbes ab Antiocho captas 5, 58, 1—62, 6. bellum parans Antiochum legationibus differt 5, 62, 4—65, 11. cum Antiocho facit indutias 5, 66, 1 ss. efficit, ut Antiochus putet sibi armis non disceptandum esse, sed omnia colloquiis perfectum iri 5, 66, 6 ss. per Sosibium cum Antiocho agit 5, 67, 1 ss. Achaeum foedere cum Antiocho faciendo comprehendere frustra studet 5, 67, 12 s. Nicolao (v. 5, 61, 8) summam rerum tradit adversus Antiochum 5, 68, 2 ss. Ceraeas et Hippolochus ab eo ad Antiochum deficiunt 5, 70, 10 s Antiochum ad Rhaphiam vincit eique eripit Syriam ac Phoenicen 5, 79, 1—87, 8. eum

Hosted by Google

occisurus Theodotus necat Andream, eius medicum 5, 81, 1—7. in pugna Rhaphiensi stat in cornu laevo apud elephantos 5, 82, 7 s. Arsinoë III. expeditioni contra Antiochum susceptae interest 5, 83, 3; 84, 1. tres menses cum Arsinoë in Syria et Phoenice moratus Andromachum eis regionibus praeficit 5, 87, 6. Rhodiis terrae motum perpessis mittit dona 5, 89, 1 ss. per legatos Philippum III. invitat ad pacem cum Aetolis faciendam 5, 100, 9 ss. Philippi III. et Attali inimici non iam ad eum et Antiochum, sed ad Romanos et Poenos se convertunt 5, 105, 7. Athenienses ei serviunt 5, 106, 6 ss. eius bellum cum Aegyptiis 5, 107, 1 ss. (v. infra). ab eo Romani per legatos petunt frumentum 9, 11[a], 1 ss. Aetolorum res non habet pro nihilo 11, 4, 1. bello Syriaco finito ad perditum genus vitae vertitur 14, 12, 3. cf. 15, 34, 5. Agathocles eius amicus 14, 11, 1. Agathoclea eius amica regnum evertit 14, 11, 5. eius bellum Aegyptiorum in libro XIV. erat expositum 14, 12, 4 ss. (cf. 3, 2, 8. 5, 107, 1 ss.). sub eo Nico praef. classi 15, 25, 37. Aristonicum athletam mittit ad vincendum Clitomachum 27, 9, 7 ss. Chersonesum et urbes orae Thraciae subegerat 5, 34, 8. 18, 51, 3 ss. obit Ptolemaeo V. relicto puerulo 15, 20, 1 ss.; 25, 2 ss. 18, 1, 14. — 39, 11, 5. *Πτολεμαῖοι* 5. V. *ὁ Ἐπιφανής*. puerulus patri succedit; a Philippo III. et Antiocho III. eius regnum petitur insidiis 3, 2, 8. 15, 20, 1 ss. 28, 1, 5. Sosibius, eius *ψευδεπίτροπος* 15, 25, 1 s. ab Agathocle et Sosibio rex declaratur 15, 25, 3 ss. Oenanthae et Agathocleae traditur 15, 25, 12. sub tutela Agathoclis et Agathocleae 15, 26, 1 et 3. ex tutela Agathoclis vi ereptus 15, 30, 5 ss.; 31, 3 — 32, 3. iubet eos occidi qui contra se et matrem peccarint 15, 32, 6 s. Gazaei ei servant fidem 16, 22[a], 5. ad eum cum Antiocho III. reconciliandum Romani mittunt legatos 16, 27, 5; 34, 1 ss. Scopas, eius dux (13, 2, 3), Iudaea subacta ab Antiocho III. ad Panium vincitur et ex Iudaea et Coelesyria pellitur 16, 39, 1 s. cf. 28, 1, 3 et 5. Philippus III. a Flaminino iubetur ei reddere urbes post patris mortem ereptas 18, 1, 14. Antiochus III. a Flaminino et X legatis iubetur urbes in Asia ei ereptas dimittere liberas 18, 47, 1. L. Cornelius Scipio mittitur ad pacem inter eum et Antiochum III. faciendam 18, 49, 3 ss. cum eo societatem et affinitatem se esse contracturum affirmat Antiochus 18, 51, 10. cf. 28, 20, 9. Scopas eius nomine accusatur 18, 53, 4 ss.; 54, 1 ss. *τὰ ἀνακλητήρια* eius 18, 55, 3. cum Achaeis renovat societatem 22, 1, 6 s.; 3, 5 ss.; 7, 1 s.; 9, 1—12. 24, 6, 4. optimates regni rebelles Lycopoli obsessos et in deditionem acceptos saeve punit 22, 17, 1 ss. 25 annos

Hosted by Google

natus nullam partem rei militaris attigit e pravo Polycratis consilio 22, 17, 6 s. sed venator est eximius 22, 3, 7 ss. Aristonicus eius eunuchus 22, 22, 1 ss. legatum ad Achaeos mittit 10 naves pollicentem et societatem renovantem 24, 6, 1. obit, antequam Lycortas, Polybius, Aratus II. Achaeorum legati ad eum proficiscuntur societatem renovaturi 24, 6, 1—7.

Eius uxor Cleopatra, Antiochi III. filia 28, 20, 9.

Πτολεμαῖοι 6ª. VI. ὁ πρεσβύτερος Ptolemaei V. et Cleopatrae f. 28, 20, 9. eius nomine Ptolemaeus Aegyptius administrat Cyprum 27, 13. parat bellum de Coelesyria contra Antiochum IV. 27, 19, 1 s. bello de Coelesyria orto legatos et de bello Persico finito et ad renovandam societatem et ad Antiochi IV. legatos observandos Romam mittit 28, 1, 1—8. ei ab Antiocho IV. victo suadet Eulaeus eunuchus, ut in Samothracen fugiat 28, 21, 1 ss. magnas opes Antiochus IV. ei eripit 30, 26, 9. Aegypto praeter Alexandriam ab Antiocho occupata et rege ipso ab eodem capto, Ptolemaeus VII., minor eius frater, Alexandriae regnat; tum Ptolemaeus VI. est restitutus et una cum fratre regnat 28, 18—23, 4. 29, 23, 4. is et frater Ptolemaeus VII. ab Achaeis auxilio frustra petito orant, ut Lycortas et Polybius, sui familiares, sibi ad bellum administrandum contra Antiochum IV. (29, 26, 1) mittantur 29, 23, 1—25, 7. iidem ad Theodoridam Sicyonium mittunt ad conducendos mercennarios 29, 23, 6. T. Numisius legatus Romanorum eosdem cum Antiocho IV. conciliare frustra studet 29, 25, 3 s. Achaei legatos mittunt de eadem re 29, 25, 6 s. Antiochus a C. Popilio excedere iubetur ex Aegypto atque ita fratribus Ptolemaeis Aegyptus est servata 29, 27, 1 ss. item Cyprus per Popilium iisdem servatur 29, 27, 9 s. iidem his de rebus Romanis gratias agunt per legatos 30, 16, 1. Ptolemaeus VI. Polyaratum Rhodum mittit, quamvis a C. Popilio iussus eum mittere Romam 29, 27, 9. 30, 9, 2 ss.; 9, 19. Demetrius 10. unus de eius amicis 30, 9, 3. Ptolemaeus VI. et VII. Menalcidam dimittunt liberum C. Popilio petente 30, 16, 2. ad Ptolemaeos dissidentes senatus mittit legatos, qui eos concilient 31, 2, 14. Ptolemaeus VI. fratri capto parcit et regnum cum eo ita partitur, ut Cyrenes regnum ei relinquat 31, 10, 4 s. 39, 7, 5. Menyllum (cf. 31, 12, 8; 14, 13) Romam mittit ad repellendas Ptolemaei VII. accusationes de iniusta regni partitione 31, 10, 4 ss. eum T. Manlius Torquatus et Cn. Cornelius Merula cum fratre conciliare non possunt 31, 18, 1 s.; 19. Menyllus, eius legatus, Roma excedere iubetur tolliturque foedus Romanorum 31, 20, 1 ss. Archias, eius Cypro praef.,

Hosted by Google

insulam Demetrio 4. prodere frustra studet 33, 5, 1 ss. eius legati regem excusaturi contra Ptolemaei VII. accusationes Roma exire iubentur 33, 11, 4 s. Ptolemaeum VII. Cypri regnum occupare molientem capit, sed eum non punit, immo vero honoribus afficit et filiam ei in matrimonium promittit 39, 7, 6. obit; eius elogium 39, 7.

Πτολεμαῖοι 6b. VII. ὁ νεώτερος. ὁ Εὐεργέτης ὁ Φύσκων 35, 14, 6. Ptolemaeo VI. fratre maiore, quocum regnaverat, capto Alexandriae rex salutatur 29, 23, 4. ad eum de anacleteriis et renovanda amicitia Archon mittit legatos 28, 12, 8 s. ad eum et Antiochum IV. Rhodii legatos de componendo bello mittunt 28, 17, 15. variae legationes e Graecia ad eum variis de causis venientes Comano et Cinea, regis consiliariis, suadentibus ad Antiochum IV. de pace facienda mittuntur 28, 19—20. ipse Tlepolemum et Ptolemaeum legatos mittit ad Antiochum 28, 19, 6. ad eum legatos de pace miserat Antiochus 28, 20, 12 s. una cum Ptolemaeo VI. restituto regnat 29, 23, 4. is et frater ab Achaeis auxilio frustra petito orant, ut Lycortas et Polybius, sui familiares, sibi ad bellum administrandum contra Antiochum IV. (29, 26, 1) mittantur 29, 23, 1—25, 7. iidem ad Theodoridam Sicyonium mittunt ad mercennarios conducendos 29, 23, 6. T Numisius legatus Romanorum eosdem cum Antiocho IV. conciliare frustra studet 29, 25, 3 s. Achaei legatos mittunt de eadem re 29, 25, 6 s. Antiochus a C. Popilio excedere iubetur ex Aegypto atque ita Ptolemaeis Aegyptus est servata 29, 27, 1 ss. item Cyprus per Popilium iisdem servatur 29, 27, 9 s. iidem his de rebus Romanis per legatos agunt gratias 30, 16, 1. iidem Menalcidam dimittunt liberum Popilio petente 30, 16, 2. ad eosdem dissidentes Romani tres mittunt legatos, qui eos concilient 31, 2, 14. Ptolemaeus VI. ei capto parcit et regnum cum eo ita partitur, ut Cyrenes regnum ei relinquat 31, 10, 4 s. 39, 7, 5. qua partitione non contentus Romae ipse a senatu petit, ut Cyprus sibi adiciatur 31, 10, 1—3; 12, 8. senatus hac de re T. Manlium Torquatum et Cn. Merulam mittit fratres conciliaturos eique Cyprum reddituros 31, 10, 6 ss. Roma a legatis Romanis comitatus in patriam proficiscitur, sed neque Cyprum obtinet et eicitur e Cyrenaica 31, 17 et 18. in Peraea a Rhodiis hospitio exceptus 31, 17, 3. fratrem T. Manlius et Cn. Merula cum eo conciliare non possunt 31, 18, 1 s.; 19. Comanus et Ptolemaeus, eius legati, Romae perficiunt, ut amicitia Romanorum cum fratre solvatur 31, 19, 2; 20, 1 ss. Cyprum occupare molitur 31, 20, 5. ipse Romae fratrem accusat de vi 33, 11, 1 ss. cum legatis Romanis et quinque quin-

Hosted by Google

queremibus dimittitur in Cypri regnum restituendus, cum commendatione ad socios Graeciae et Asiae 33, 11, 6 s. a fratre captus Lapethi non punitur, sed honoribus afficitur eique filia regis in matrimonium promittitur 39, 7, 6. post fratris mortem solus Alexandriae regnat et saepe seditionibus vexatus plebem militibus obicit et necat 34, 14, 6 s. sub eo Polybius venit Alexandriam ibid. eius natura magis tyranni quam regis 31, 18, 14.

Πτολεμαῖοι 7. Leontii et Megaleae socius, unus e Philippi III. ministris, contra eum excitat seditionem 5, 25, 1 ss.; 26, 8. necatur 5, 29, 6.

— 8. Alexandriae praef. sub Ptolemaeo IV. quo tempore Cleomenes ibi perit 5, 39, 3.

— 9. Thraseae f. phalangis dux in exercitu Ptolemaei IV. 5, 65, 3 s.

— 10. Sosibii f. ab Agathocle 2. ad Philippum III. de nuptiis et foedere contra Antiochum III. faciendo legatus 15, 25, 13. domum reversus Tlepolemo parat insidias 16, 22, 3 ss.

— 11[a]. Agesarchi f. Megalopolitanus Agathoclis 2. ad Romanos legatus 15, 25, 14. optime administrat Cyprum Polycrati succedens 18, 55, 6. extremam vitam turpiter degit 18, 55, 8.

— 11[b]. Aegyptius Cypro praef. sub Ptolemaeo VI. 27, 13.

— 12. Aëropi f. equitibus Scopae praef. a Zenone dicitur in pugna Paniensi fugari ab Antiochi III. filio minore 16, 18, 8.

Πτολεμαῖοι 13. Eumenis f., Ptolemaei V. minister, Scopam abducit 18, 53, 8 ss.

— 14. *ὁ ῥήτωρ*, Comani frater, Ptolemaei VII. legatus ad Antiochum IV. 28, 19, 6. cum fratre Romae accusat Ptolemaeum VI. 31, 19, 2.

— 15. *ὁ Συμπετῆσις* (i. e. f. Petesis) Aegyptius, Cyrenaicae praef. a Ptolemaeo VII. absente, a quo deficit 31, 18, 6 cum ann.

— 16. incertus fr. 187.

(ἡ) Πτολεμαΐς, -ίδος Phoenices urbs. ibi inclusus Theodotus 1. a Nicolao Antiochi III. adventu liberatur 5, 61, 8. idem eam prodit Antiocho 4, 37, 5. 5, 61, 5—62, 2. ibi hiemat Antiochus 5, 71, 12.

τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων in Magna Graecia incensa 2, 39, 1.

Πυθέας Cleomnasti f. Thebanus, vir et in moribus et in re publica gerenda pessimus, altera fax belli Achaici 38, 14, 1 s. patria relicta errat cum uxore et liberis in Peloponneso 38, 16, 10.

ἡ Πυθία. cur ad eius oracula Lycurgus rettulerit instituta sua 10, 2, 8 ss.

Πυθιάδης, ὁ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης ἔπαρχος sub Antiocho III. 5, 46, 7 et 11.

Πυθίας Pellensis ab Achaeis Psophidi praeficitur 4, 72, 9.

ὁ τοῦ Πυθιονίκου τάφος Tarenti 8, 28, 9.

Πυθίων ad Romanos speculator missus cum Damocle 13, 5, 7.

Hosted by Google

Πυθόδωρος Lampsacenorum legatus Lysimachiam ad Romanos 18, 52, 2 ss.

Πύθων Prusiae II. legatus Romae accusat Eumenem 30, 30, 1 ss.

Πύλαι (v. Θερμοπύλαι). Aetoli vetant Antigonum II. intra eas ducere exercitum 2, 52, 8. item Philippum III. 10, 41, 5.

αἱ Κιλίκιαι (s. ἐν τῇ Κιλικίᾳ) Πύλαι 12, 8, 3; 17, 2.

αἱ Ἀμανίδες (ubi v.) Πύλαι 12, 17, 2.

(ἡ) Πύλος oppidum maritimum Messeniae frustra oppugnatur a Scerdilaida et Demetrio Phario 4, 16, 7; 25, 4. 9, 38, 8. in senatu Romano a Messeniis repetitur post bellum Philippicum, Achaeis contradicentibus 18, 42, 7.

Πυλών locus viae Ignatiae in confinio Illyrici et Macedoniae 34, 12, 6.

Πύργος Triphyliae urbs 4, 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo III. 4, 80, 13.

ὁ ἐν τοῖς Περιππίοις (ubi v.) πύργος Eleorum castellum 5, 102, 6.

τὰ Πυρηναῖα ὄρη s. (ἡ) Πυρήνη Pyrenaeus mons. eius terminus ad mare mediterraneum est ῥαχία, quae 800 stadia abest ab Herculis columnis 3, 39, 4 s. Hispanos et Gallos dividit ibid. et 3, 37, 9. de intervallo ab eo usque ad Herculis columnas 34, 7, 3. de longitudine Iberiae ab eo usque ad latus occidentale 34, 7, 4. de intervallo fontium Tagi usque ad eum 34, 7, 5. campi, qui ab eo sunt usque ad Narbonem fluvium 34, 10, 1 ss. eum transit Hannibal 5. 3, 35, 2 et 7; 40, 1; 41, 6. usque ad eius iuga recedit Hasdrubal 3. 10, 39, 8; 40, 11.

τὸ Πύρρειον Pyrrhi regia Ambraciae 21, 27, 2; 30, 9.

Πυρρίας Aetolus dux copiarum Eleis auxilio missarum vastat Achaiam 5, 30, 2. incursionem in Messenen facit cum Lycurgo copias coniuncturus, sed repulsus redit in Elidem 5, 91, 3—92, 5. pro eo alterum ducem Elei petunt 5, 94, 2.

Πύρριχος a Philippo III. necatus eiusque liberi custodiae traditi 23, 10, 8 s.

Πύρρος, Epiri rex. Nereis eius filia 7, 4, 5. Hieronymus 2. eius nepos e Nereide ibid. a Tarentinis in Italiam invitatus 1, 6, 5. 8, 24, 1. eo transit biennio ante Gallorum cladem Delphis acceptam i. e. circa Olymp. 124. 2, 20, 6; 41, 11. cf. 1, 7, 6. eodem tempore foedus fit Poenorum et Romanorum extremum, in quo agitur de eo 3, 25, 1 et 3. a Romanis Italia pulsus 1, 6, 7. e bello Pyrrhi Romani evadunt perfecti athletae 2, 20, 9 s. in Sicilia eius dominatus 12, 25k, 2. eius bellandi ratio 18, 3, 6; 28, 10 s. eius expeditio Argiva fr. 102. de eo egit Timaeus 12, 4b, 1. eius regia Ambraciae (v. Πύρρειον et Ἀμβρακία) 21, 27, 2; 30, 9. eius heptere utitur Hannibal 1. in pugna navali contra Dui-

Hosted by Google

lium commissa 1, 23, 4. — 3, 32, 2.
ὁ Πύρρου χάραξ Laconicae locus 5, 19, 4.
αἱ πυρσεῖαι earumque varia genera 10, 43—46.
Πώγων Seleuci II. (ubi v.) cognomen 2, 71, 4.

P

τὰ Ῥαββατάμανα urbs Arabiae Petraeae capitur ab Antiocho III. 5, 71, 4 ss.
Ῥαγαί coni. *Sch* 10, 29, 3 pro Ταγαί.
Ῥαιτοί, per quos Alpium transitus patet 34, 10, 18.
ἡ Ῥαῦκος Cretae urbs 30, 23, 1. (οἱ) Ῥαύκιοι. iis a Gortyniis Lycastium datur, sed mox restituitur Cnosiis 22, 15, 1 et 3. eorum bellum cum Cnosiis et Gortyniis 30, 23, 1.
(ἡ) Ῥαφία Coelesyriae urbs post Rhinocolura prima occurrens ex Aegypto venienti 5, 80, 3. ibi vincit Ptolemaeus IV. Antiochum III. 5, 80, 3—85, 12; 107, 3. eo post pugnam se confert Antiochus 5, 85, 13. eo Ptolemaeus IV. proficiscitur post pugnam 5, 86, 2 ss.
(τὸ) Ῥήγιον s. ἡ Ῥηγίνων πόλις Bruttii urbs ad fretum Siculum 1, 7, 1. eius situs 10, 1, 1 ss. a Dionysio I. obsessa 1, 6, 2. a praesidio Romanorum capta Mamertinis adiutoribus 1, 6, 8; 7, 1 et 6—13; 8, 1 s.; 10, 1. 3, 26, 6. Romani poena de perfidis capta urbem Rheginis restituunt 1, 7, 12 s.; 10, 4. inde quinqueremes Romanas petere Apolloniam Philippo III. nuntiatur 5, 110, 3 et 9. ab Hannibale 5. paene capta 9, 7, 10. Rhegini ab eodem paene sedibus eiecti 9, 9, 4. M. Valerius (ubi v.) Laevinus Agathyrnenses in Italiam mittit, qui a Rheginis stipendio accepto Bruttiorum agrum vastent 9, 27, 11. (οἱ) Ῥηγῖνοι 1, 7, 6 ss.; 10, 4 (bis). 3, 26, 6. 9, 7, 10; 27, 11. 10, 1, 1.
Ῥήγουλος, v. Ἀτίλιοι 6.
Ῥιανός (ita scribendum esse pro Ἀριανός docuit Wilamowitzius *Hermes* 1898, 523) Bolidis amicus, cuius ope Achaeus proditur 8, 16—20.
Γαλάται Ῥιγόσαγες, v. Γαλάται 2.
ὁ Ῥίζων Illyrici fluvius et oppidum. eo fuga se recipit Teuta 2, 11, 16.
Ῥινοκόλουρα urbs in confinio Aegypti et Coelesyriae 5, 80, 3.
τὸ Ῥίον 1. Aetoliae promunturium oppositum Rhio Achaico 4, 6, 8. 5, 94, 8.
— 2. Achaiae promunturium et statio navium. inde traicitur in Aetoliam 4, 10, 4 ss.; 19, 6. 12, 12ᵃ, 2. Aetoli Philippum III. invitant eo ad colloquium de pace 4, 26, 5. legati Rhodiorum et Eleorum nuntiant Aetolos de pace cum Philippo III. acturos eo esse venturos 5, 28, 2; 29, 3. Pyrrhias vastat agrum ad Rhium et Aegium situm 5, 30, 4.

Hosted by Google

τὸ Ῥίον 3. fretum inter utrumque promunturium 4, 64, 2.
ὁ Ῥοδανὸς (ποταμός). eum alterum Alpium latus respicit 2, 15, 8. eius accolae 2, 15, 8; 22, 1; 34, 2. 3, 47, 3; 48, 6. eius ostiis Narbo influit in mare Sardoum 3, 37, 8. eius fontes et cursus 3, 47, 2. Circumpadanos campos ab ea convalle, quam is permeat, separant Alpium iuga 3, 47, 4. insula, quae dicitur, fit eo et Isara 3, 49, 6. eius ostia 3, 76, 1. 34, 10, 5. id ostium, quod prius est ab Italia venientibus, dicitur Massiliense 3, 41, 5. longitudo viae ab Hannibale 5. confectae usque ad eum 3, 39, 8 ss. eum Hannibal traicit 3, 35, 7; 41, 7; 42, 1—44, 4; 45, 6—47, 5; 60, 5; 61, 2. P. Cornelius Scipio eum traicit ad ostium Massiliense 3, 41, 5. ad eum Numidae Hannibalis fugantur ab equitibus Scipionis 3, 45, 1 ss.; 64, 6. P. Scipio triduo post Hannibalis transitum venit ad eum 3, 49, 1. Cn. Scipio ab eius ostiis petit Hispaniam 3, 76, 1.
Ῥοδόπη Thraciae mons uno die ascenditur eodemque tempore circumitur 34, 10, 15.
(ἡ) Ῥόδος 4, 50, 7. 8, 15, 9; 16, 1. 11, 4, 1. 13, 5, 6. 16, 34, 2; 35, 1. 22, 5, 8. 25, 4, 5; 5, 1; 6, 1. 27, 3, 2; 4, 3; 6, 1; 7, 2. 28, [2, 3]; 16, 1; 17, 10; 23, 1. 29, 3, 7 et 9; 4, 7; 11, 1; 19, 2. 30, 5, 2; 7, 9; 8, 6; 9, 2 ss. 31, 33, 3. 34, 4, 7; 15, 2. fr. 172 cum ann. (οἱ) Ῥόδιοι Argivorum coloni 21, 24, 11. eorum dicio in continenti opposita, v. Περαία. Agrigentum condunt 9, 27, 8. eorum Ζεὺς Ἀταβύριος (ubi v.) 9, 27, 7 s. ὁ μέγας κολοσσός eorum 5, 88, 1 ss.; 89, 3. statuae Syracusanorum ἐν τῷ Δείγματι 5, 88, 8. eorum Minervae templum cum colosso in honorem Romanorum collocato 31, 4, 4. intervallum ab iis ad Alexandriam 34, 4, 7. quot passus a Creta ad eos et ab iis ad Chelidonias 34, 15, 2.
Antiochus I. iis dat Stratoniceam 30, 31, 6. Caunum a ducibus Ptolemaei II. 200 talentis redimunt 30, 31, 6. Demetrium Pharium Cyclades insulas vastantem persequuntur 4, 19, 8. maris imperium tenent 4, 47, 1. una cum Prusia bellant cum Byzantiis de portorio ab illis exacto a navigantibus in Pontum 4, 37, 8; 47, 1—52, 10. 3, 2, 5. a Ptolemaeo IV. Andromachi 1. libertatem impetrant 4, 51, 5. Cnosiis mittunt auxilia 4, 53, 1 ss. Sinopenses iuvant contra Mithridatem IV. 4, 56, 2 s.. eorum et Chiorum legati agunt cum Philippo III. de bello finiendo Aetolorum 5, 24, 11; 28, 1, inter Antiochum III. et Philippum IV. pacem facturi 5. 63, 5. terrae motu afflicti dona a multis principibus et civitatibus accipiunt 5, 88—90. eorum et aliorum legati ad Philippum III. de pace cum Aetolis facienda 5, 100, 9 s. cf. 11, 4, 1. Thrasycrates Rhodius Aetolos ad pacem invitat 11, 4—6, 8. eorum classem Heraclides a Philippo III. iussus in portu dolose incendit 13, 4, 1—5, 6.

Hosted by Google

dolosa legatione decepti Philippum III. declarant hostem 15, 22, 5; 23, 1—6. Philippo Thasum invadente Thasios ad eos voluisse mittere legatos auxilium ab illis oraturos, videtur fr. 172 esse expositum. una cum Attalo vincunt pugna navali ad Chium commissa Philippum 16, 2, 5; 4—9. pugna ad Laden commissa victi relinquunt Philippum maris dominum 16, 10, 1. parant naves et maiore studio incumbunt vigiliis ac custodiae orae maritimae 16, 24, 1. Atheniensibus persuadent, ut bellum contra Philippum decernant 16, 26, 8. ab iisdem variis honoribus ornati 16, 26, 9. bellum contra Philippum segniter gerunt 16, 28, 3. eorum milites et una tetreres Abydi a Philippo inclusi 16, 30, 7; 31, 3. cf. 16, 34, 3. a Philippo dicuntur coram legato Romanorum initium fecisse belli 16, 34, 5. cf. 18, 6, 2. Abydo capta, ab Achaeis ad pacem invitati decernunt eam non esse faciendam sine Romanis 16, 35, 1 s. eorum postulata in colloquiis Philippi cum Flaminino 18, 1, 4; 2, 3; 6, 2ss.; 8, 9. declarant Antiocho III. se eius classem non passuros esse praeternavigare 18, 41ª, 1. Antiochus declarat se coram iis disceptaturum esse cum Lampsacenis, non coram Romanis 18, 52, 1 ss. cum Eudamo (praef. classi, v. ad 21, 7, 5) et Pamphilida, L. Aemilio Regillo, Eumene Antiochus III. ad Elaeam frustra agit de pace 21, 10, 1 et 4 ss. Rhodiorum classis sub Eudamo fr. 193 cum ann. bello Antiochico confecto cum Romanis deliberant de pace regi danda 21, 17, 12; 18, 1 et 3; 19, 1 ss.; 22, 2 et 5—23, 12. Lyciam et Cariam accipiunt usque ad Maeandrum 21, 24, 7; 46, 8. 30, 31, 5. 3, 3, 7. de libertate Solorum, Ciliciae urbis, Romanos frustra orant 21, 24, 10 ss. pro Aetolis intercedunt iisque pacem impetrant 21, 25, 10; 29, 1 et 9; 30, 7; 31, 1 et 5 ss. foedere Romanorum cum Antiocho comprehensi 21, 43, 16 s. eorum controversiae cum Lyciis 22, 5. bello Lyciaco eorum castella ab Eumene infestata 27, 7, 6. eorum legati Romae de calamitate Sinopensium 23, 9, 2. Eumenem bello Pharnacico prohibent Hellespontum obsidere navibus 27, 7, 5. ab Eumene adiuti bello Lycico 24, 15, 13. iis Lycios non esse dono datos explicat senatus, qui eorum apparatum bellicum exhaurire studet Lycios eosque inter se committens 25, 4, 4 ss. quod Laodicen, Persei sponsam, ad regem nuper deduxerant, magnis donis ab eo affecti 25, 4, 8 ss. scto de Lyciis accepto Lycophronem Romam mittunt patres edocturum, cui respondere differtur 25, 5, 1 ss.; 6, 1. Hagesilochus, eorum prytanis, Romanorum legatis apparatum belli contra Perseum ostentat 27, 3, 2 ss. Persei legatis suam erga Romanos voluntatem declarant

Hosted by Google

